



## **Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...**

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In quo tractatur de Ministro Sacramento Pœnitentiæ. Item de Sacramentis  
Extrema Unctionis, & Ordinis

**Bosco, Jean a**

**Lovanii, 1672**

Sectio I. De Institutione & Essentia Sacramenti Ordinis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73429)



## SECTIO PRIMA

## De Institutione &amp; Essentia Sacramenti Ordinis.

2.  
Lutherus &  
alii Hæretici  
negant Sa-  
cramentum  
Ordinis.

**N**onnulli inter recentiores Hæreticos, utputa Lutherus lib. de Captivitate Babylonica cap. de Ordine, Illiricus in Confess. Antverp. c. 11. Kemnitius in 2. part. Exam. disp. de Sacramento Ordinis, negant hoc Sacramentum, causantes non esse aliam Ordinationem in Ecclesia, nisi meram deputationem externam, quæ ad humanum arbitrium fieri ac tolli possit: quia (inquit) non videtur aliud expressum in Scriptura.

Non est tamen ausus (inquit Herincx hic n. 2.) negare Calvinus, qui etsi plerisque locis duo tantum Sacramenta admittat, Baptismum videlicet & Cœnam, veluti omnibus communia; alibi tamen agnoscit etiam Ordinationem pro vero Sacramento. Quod etiam faciunt præcipui ex Lutheranis teste Bellarmino lib. de Sacramento Ordinis c. 1. Hæc ille. Notissimum autem fidei dogma habet, quod sequitur:

## CONCLUSIO I.

## In Ecclesia extat verum Ordinis Sacramentum.

3.  
Probat  
Concl. ex  
Conc. Trid.

**H**æc Conclusio novissimè contra Lutherum & alios Hæreticos, mox allegatos, definita est in Conc. Trid. sess. 23. cap. 3. sub hac forma verborum: Cum Scriptura testimonio, Apostolicâ Traditione, & Patrum unanimi consensu perspicuum sit, per sacram Ordinationem, qua verbis & signis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet, Ordinem esse verè & propriè unum ex septem sanctæ Ecclesiæ Sacramentis.

Et can. 3. sequentis tenoris: Si quis dixerit, Ordinem, sive sacram Ordinationem, non esse verè & propriè Sacramentum à Christo Domino institutum, vel esse figmentum quoddam humanum, excogitatum à viris rerum Ecclesiasticarum imperitis, aut esse tantum ritum quemdam eligendi ministros Verbi Dei & Sacramentorum; anathema sit.

& Florent.

Eandem veritatem priùs docuerat Concil. Florent. in Decreto Eugenii ibi: Nova legis septem sunt Sacramenta, scilicet Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo, & Matrimonium. Et infra. Sextum Sacramentum est Ordinis &c.

Accedat, prætermisiss pluribus Conciliis Provincialibus, Concilium generale Calcedonense, can. 2. Si quis Episcopus per pecunias sacra Ordinationem, & sub pretio redegerit gratiam, qua non potest vendi, ordinaverit, per pecunias Episcopum, aut Chorepiscopum, aut Presbyterum, aut Diaconum, vel quemlibet ex his, qui committuntur in Clero &c. proprii gradus periculo subiacent.

Neque delunt testimonia Scripturæ ac SS. Patrum. Pauca ex multis propono. Trident. sess. 2. supra c. 3. probat suam doctrinam ex Apost. 1. Timoth. 1. v. 6. Admoneo te ut resuscites gratiam Dei, qua est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis & sobrietatis.

In quibus verbis significatur satis manifestè Ordinem seu Ordinationem esse signum visibile, ac per illam conferri gratiam, non quantumlibet; sed internam & sanctificantem, dicitur vocatur, Spiritus virtutis & dilectionis & sobrietatis, juxta illud ejusdem Apost. Rom. 5. v. 5. Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Quæ verba à Concil. Trident. appropriantur gratiæ justificanti sess. 6. c. 7. ibi: Id tamen in hac impij iustificatione fit, dum eiusdem sanctissime passionis merito per Spiritum sanctum charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iustificantur, atque ipsi inhaerent. Quidni igitur manuum impositionis, de qua ibi loquitur Apostolus, fuerit verum Sacramentum Ordinis? Fuit quippe signum externum seu sensibile, efficax ex opere operato gratiæ sanctificantis; quæ est definitio essentialis veri Sacramenti novæ legis.

De simili Sacramento, seu impositione manuum, intelligitur idem Apostolus 1. ad Timoth. 4. v. 14. Noli negligere gratiam, qua in te est, qua data est tibi per prophetiam (id est, ipsam formam Ordinationis; vel, ut explicat nobis Sasbauth, Elsius & Alii, instinctum divinum de adolescente Timotheo in Episcopum ordinando, cujus fit mentio c. 1. v. 18. Secundum præcedentes in te prophetias &c.) cum impositione manuum Presbyteris, id est coetus seu collegii Presbyterorum, eò quod plures Episcopi (qui etiam more Scripturæ eo nomine comprehendantur) adhiberi debeant ad consecrationem Episcopi, ut infra proprio loco dicitur.

Omitto Scripturam Act. 13. v. 3. Tunc imponentesque eis (scilicet Paulus & Barnabæ ceteri Apostoli) manus, &c.



vult illos. Quamvis enim Aliqui interpretentur hunc locum de Ordinatione Pauli & Barnabae in Episcopos: Aliis tamen apparet, Paulum & Barnabam ibi non fuisse ordinatos, sed solum dimissos in opus, ad quod a Spiritu sancto erant segregati, cum impositione manuum, veluti quadam benedictione.

Nec videtur credibile, Paulum ante id tempus necdum fuisse Episcopum. Neque ob hoc eripiuntur Catholicis alia loca, a nobis praemissa; utpote in quibus expressa mentio fit gratiae datae per impositionem manuum, quod hic non fit. Ita Herincox hic n. 4.

Cum autem promissio & annexio gratiae sit propria Christo seu Deo, ex eisdem Scripturis ostenditur, Ordinationem seu illam impositionem manuum institutam & mandatum fuisse a Christo. Qui & ipse Apostolos Sacerdotes ordinavit in ultima Coena illis verbis: Hoc facite in meam commemorationem. Luc. 22. v. 19. Et ministros Penitentiae instituit Ioan. 20. v. 22. dicens: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.

Ita omnino docet Conc. Trident. sess. 23. c. 1. sequentis tenoris: Sacrificium & Sacerdotium ita Dei ordinatione coniuncta sunt, ut utrumque in omni lege extiterit. Cum igitur in novo Testamento sanctum Eucharistia Sacrificium visibile ex Domini institutione Catholica Ecclesia acceperit; fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile, & externum Sacerdotium, in quod vetus translata est. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in Sacerdotio, potestatem traditam consecrandi; offerendi, & ministrandi Corpus & Sanguinem eius; nec non & peccata dimittendi, & retinendi sacra Littera ostendunt; & Catholica Ecclesia Traditio semper docuit.

Traditio, inquam; neque enim omnia scripta sunt, quae Christus fecit aut dixit. Unde licet non legatur in Scriptura, Christum ordinasse suos Apostolos Sacerdotes per impositionem manuum, tamen neque scriptum est contrarium; & ideo inefficaciter inde concluditur contrarium.

Quamquam etiam (quia Dominus Sacramentorum, qui Sacramentis alligatus non erat) potuerit Apostolis dare effectum Sacramenti sine Sacramento, id est, ordinare Presbyteros & Episcopos sine manus impositione, sicut eisdem Apostolos sine Sacramento confirmavit, & Magdalenam & Paralyticum sine Sacramento absolvit.

Neque audiendus Kemnitius, qui loco citato ait; manus impositionem nihil aliud fuisse, quam ceremoniam, qua utebantur Apostoli, cum pro aliquo orabant; eumque Deo commendabant; hoc, inquam, gratis omnino dicitur, cum Apostolus 1. Timoth. 4. & 2. Timoth. 1. non meminerit ullius orationis publicae vel privatae; quis ergo Haeretico illi reve-

lavit, Apostolum ibi per manuum impositionem intellexisse orationem? Praefertim, cum Act. 13. supra apertissime oratio distinguatur a manuum impositione.

Nonne communicat peccatis alienis; qui orat pro alio, etiam indignissimo? Et tamen dicit Apost. 1. Timot. 5. v. 22. Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis. Quis ergo communicat peccatis alienis? Qui ordinat indignum. Ergo ibi per manuum impositionem Apostolus intelligit Ordinationem, & non orationem.

Frustra ergo haeretici conati sunt Scripturas praerallegatas ad sensum alienum detorquere, cum verba ipsa de se satis clara sint, & in sensu Catholico semper ea intellexerit Ecclesia, & in praxi retinuerit.

Quod ne gratis videar dicere, produco duo vel tria testimonia veterum Patrum, qui pietate & doctrina claruerunt. Primum autem erit Greg. 1. l. 40. Homil. de diversis Lectionibus Evangelii Homil. 17. ubi sic ait: Qui namque sunt in Templo Dei hodie, qui columbas vendunt, nisi qui in Ecclesia pretium de impositione manus accipiunt? Per quam videlicet impositionem Spiritus sanctus calens datur. Columba ergo venditur, quia manus impositio, per quam Spiritus sanctus accipitur, ad pretium praebetur.

Porro Leo magnus Epist. 81. ad Dioscorum Alexand. Episc. cap. 1. Ordines sacros a jejunis & dandis & accipiendis ex Apostolica docet Doctrina, ita scribens: Quod ergo a Patribus nostris propensiore cura novimus esse servatum, a vobis quoque volumus custodiri, ut non passim diebus omnibus Sacerdotalis vel Levitica Ordinatio celebretur; sed post diem Sabbati eius noctis, quae in prima Sabbati lucefcit, exordia deligantur, hoc est, sub lege divini officii substituuntur, in quibus, his, qui consecrandi sunt, ieiunius & a ieiunantibus sacra benedictio conferatur. . . . Nam praeter auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica novimus venire doctrina, etiam sacra Scriptura manifestat, quod quum Apostoli Paulum & Barnabam ex praecepto Spiritus sancti ad Evangelium gentibus mitterent praedicandum, ieiunantes & orantes imposuerunt eis manus, ut intelligamus quantum & dantium, & accipientium devotione curandum sit, ne tanta benedictionis Sacramentum negligenter videatur implerum.

Idem S. Pontifex Epist. 87. ad Episcopos Africanos c. 1. Vbi est, inquit, illa B. Pauli Apostoli per Spiritum Dei emissae praecipio, quae in persona Timothei omnium Sacerdotum Christi numerus traditur, & perinde unicuique nostrum dicitur: Manus cito nemini imposueris, neque communicaveris peccatis alienis? Quid est cito manus imponere, nisi ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinae, Sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est, communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? Sicut enim boni operis sibi comparat

Herincox. 6. Christus ordinavit Apostolos Sacerdotes in ultima Coena. Luc. 22. & ministros Penit. Ioan. 20.

Conc. Trid.

7. Occurritur objectioni.

8. Rejicitur Kemnitius.

1. Timoth. 5.

9. Probatio Concl. ex ss. pp. Gregor. 1.

10. Leone magno.

Vertical text in the left margin, partially cut off.





fractum, qui rectum servat in eligendo sacerdote iudicium: ita gravi semetipsum afficit damno, qui ad suam dignitatis collegium sublimat indignum.

**11.**  
Et D. Aug. lib. de Bono conjugali c. 24.  
Sed inter omnes Veteres evidentissimè hoc Sacramentum agnoscit S. Aug. pluribus locis. Primum enim de Bono conjugali c. 24. sic docet: *Quemadmodum, inquit, si fiat Ordinatio Cleri ad plebem congregandam, etiamsi plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatis Sacramentum Ordinationis: & si aliqua culpa quisquam ab officio removeatur, Sacramento Domini semel imposito non carebit, quamvis ad iudicium permanente.*

& lib. 2. contra Epist. Parmen. c. 13.

Idem rursus lib. 2. contra Epist. Parmeniani c. 13. scribit in hæc verba: *Nam illud, quod quidam eorum veritate convicti dicere coperant: Baptismum quidem non amittit, qui recedit ab Ecclesia, sed ius dandi amittit: multis modis apparet frustra & inaniter dici. Primum, quia nulla ostenditur causa, cur ille, qui ipsum Baptismum amittere non potest, ius dandi amittere possit. Vtrumque enim Sacramentum est, & quædam consecratione utrumque homini datur, illud cum baptizatur, istud cum ordinatur: ideoque in Catholica utrumque non licet iterari.*

*Nam si quando ex ipsa parte venientes, etiam Præpositi pro bono pacis, correcto schismatis errore, suscepti sunt: & si visum est opus esse, ut eadem officia gererent, que gerebant, non sunt rursus ordinandi, sed sicut Baptismus in eis, ita Ordinatio manet integra, quia in præfessione fuerat vitium, quod unitatis pace correctum est, non in Sacramentis, que abicunquæ sunt, ipsa vera sunt.*

*Et cum expedire hoc videatur Ecclesie, ut Præpositi eorum venientes ad Catholicam societatem, honores suos ibi non administrant, sed manent super eos. Ideoque non eis in populo manus imponitur, ne non homini, sed ipsi Sacramento fiat iniuria.*

*Et si quando ignoranter sit, nec animosè defenditur factum, sed corrigitur cognitum, venia facilis impetratur. Deus enim noster non est dissensionis Deus, sed pacis: Nec Ecclesia eius Sacramenta in eis, qui ab Ecclesia recesserunt, sed ipsi qui recesserunt inimici sunt.*

*Et ibidem post pauca subdit: Sed si nos male facimus ipsi explicent, quomodo Sacramentum baptizati non possit amitti, & Sacramentum ordinati possit amitti: quoniam dicunt, recedens ab Ecclesia Baptismus non amittit, ius dandi tamen amittit. Si enim utrumque Sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, & illud amittitur? Neutri Sacramento iniuria facienda est.*

**12.**  
Item ex lib. 1. de Baptif. c. 1.

Consimiliter loquitur lib. 1. de Baptif. contra Donatistas c. 1. Sacramentum (inquit) Baptismi est, quod habet, qui baptizatur. Et Sacramentum dandi Baptismus est, quod habet, qui ordinatur. Sicut autem baptizatus si ab unitate recesserit, Sacramentum Baptismi non amittit, sic etiam ordinatus, si ab unitate recesserit, Sacramentum dandi Baptismus non amittit. Nulli enim Sacra-

mento iniuria facienda est, si discedit à malis, utrumque discedit, si permanet in malis, utrumque permanet. Sicut ergo acceptatur Baptismus, quem non potuit amittere, qui ab unitate discesserit, sic acceptandum est Baptismus, quem dedit ille, qui Sacramentum dandi cum discederet, non amiserat.

*Nam sicut redeuntes, qui priusquam recederent baptizati sunt, non rebaptizantur, ita redeuntes, qui priusquam recederent ordinati sunt, non utique rursus ordinantur, sed aut administrant, quod administrabant, si hoc Ecclesia utilitas postulat; aut si non administrant, Sacramentum Ordinationis sua tamen gerunt, & ideo eis manus inter laicos non imponitur: Nam neque Sacramentum Baptismi, neque Sacramentum dandi Baptismi, quando ab eis cum Maximiano discessit Felicianus, amisit. Nunc enim cum secum habent cum eis ipsis, quos cum foris esset, in Maximiani schismate baptizavit. Hæc tenet S. Augustinus.*

Plura testimonia SS. Patrum videri possunt apud Bellarm. de hoc Sacramento cap. 3. Quibus convicti, etiam ipsi hæretici, Calvinus & Alii multi, agnoscunt cum Ecclesia Catholica hoc Sacramentum.

Si autem à me queritur; ubi & quando fuerit à Christo institutum? Respondeo; in ultima Coena, ut luculenter patet ex Tridentino sess. 23. cap. 1. supra allegato. Item ex eodem Concilio sess. 22. c. 1. ibi: *In Coena novissima, qua nocte tradebatur, ut dicitur scripturae Ecclesie visibile, sicut hominum natura expresserit Sacrificium, quo cruentum illud semel in cruce peragendum representaretur; cuiusque memoria in finem usque seculi permaneret, atque illius salutis virtus in remissionem eorum, que à nobis quotidie committuntur, peccatorum, applicaretur, sacerdotem secundum ordinem Melchisedech semper æternum constitutum declarans, Corpus & Sanguinem suum sub speciebus panis & vini Deo Patri obtulit; ac sub earundem rerum symbolis, Apostolis, qui tunc novi Testamenti Sacerdotes constituebant, commiserunt, tradidit, & eisdem, eorumque in Sacramentis successoribus, ut offerrent, precepit per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem, ubi semper Catholica Ecclesia intellexit & docuit.*

Enimverò necesse fuit, ut qui instituit visibile Sacrificium; qui, inquam, volebat, ut in Ecclesia perpetuè extaret exercitium licitatum actionum, præsertim consecrationem sacrosanctæ Eucharistiæ, item Absolutionem à peccatis, & similia, etiam relinqueret legitimam potestatem in Ecclesia ad hæc faciendâ. Nec expediebat, ut vel omnibus promiscuè hæc potestas competere, vel certis quibusdam personis immediatè à Christo invisibiliter, per infusionem, aut illuminationem internum, concederetur. Planè ergo conveniebat, ut à Christo institueretur aliquis ritus seu signum visibile, quo humano modo conferretur, ac in perpetuum retineretur inter fideles hujusmodi exercitium & potestas.



Et quoniam non decet ad sacras ulla-  
 siones quempiam accedere, nisi sanctè; ulte-  
 rius conveniens erat, ut collationi talis pote-  
 statis, per hujusmodi sensibile signum, Deus  
 annexerit proportionata dona gratiæ, scilicet  
 auxilia specialia ad ritè & dignè exercendas  
 easdem sacras functiones, & augmentum gra-  
 tiæ sanctificantis, sicut annexit aliis sacris si-  
 gnis, à Christo Domino institutis.

Confirmatur ex comparatione novæ cum  
 veteri lege. Etenim in antiqua lege non quili-  
 bet fidelis erat idoneus minister ad exercendas  
 sacras functiones, præsertim ad offerendum sa-  
 crificium: sed instituerat Deus certos ritus,  
 quibus consecrari ac deputari debebant mini-  
 stri ad cultum suum, ut exploratum est in Exo-  
 do & Levitico. Si ergo ad exercendum illum  
 cultum adeò inferiorem, ad offerenda, dico,  
 Sacrificia pecudum, Deus ipse instituerat talem  
 consecrationem ministrorum: quid miramur,  
 si ad exercendum cultum adeò perfectum in  
 Evangelica lege; ad offerendum, inquam, &  
 conficiendum Corpus & Sanguinem Domini,  
 ad absolvendum à peccatis, ad aliæque similia  
 officia, Christus instituerit certum ritum, quo  
 consecrarentur ministri, & acciperent talem  
 excellentissimam potestatem?

Qui utique ritus in hoc debuit excedere an-  
 tiquum illum Mosaicæ legis, quod cum hic  
 sanctificaverit solum exterius, ritus novæ le-  
 gis, à Christo institutus, conferret interna dona  
 gratiæ habitualis & actualis. Nam, ut ait Apo-  
 stolus, *Vntram habens lex futurorum bonorum,*  
*non ipsam imaginem rerum; per singulos annos eis-*  
*dem ipsa hostiis, quas offerunt indefinenter, numquam*  
*potest accedentes perfectos facere,* ad Heb. 10. v. 1.  
*Nunc autem melius sortitus est ministerium, quando*  
*& melioris Testamenti mediator est, quod in meliori-*  
*bus re promissionibus sanctum est.* c. 8. v. 6.

Omnino ergo datur in Ecclesia verum ac  
 proprium Ordinis Sacramentum. Rogas quid  
 illud sit? Iam edissero.

CONCLUSIO II.

Sacramentum Ordinis non confi-  
 stit in potestate spirituali; sed  
 est institutio alicujus in gradu  
 Ecclesiæ præeminente, cui con-  
 venit aliquod ministerium circa  
 Eucharistiam exhibendum.

16. Prima pars videtur esse contra Doctorem  
 Seraphicum q. dist. 24. part. 1. a. 2. q. 2.  
 in Resp. ad argument. ubi sic incipit dicere:  
*Ad prædictorum intelligentiam est notandum, quod*  
*Ordo dupliciter dicitur. Vno modo dicitur Ordo ipsa*

*relatio ordinatorum, ut prælatio & subiectio. Et hæc*  
*non dicitur, nec est Sacramentum. Alio modo dicitur*  
*Ordo ordinata potestas, secundum quam ipsam sub-*  
*iectum potens sit ordinari dupliciter, scilicet ad opus,*  
*vel ad ministerium: & potest etiam ordinari ad alte-*  
*rum. Hanc autem potestatem dicimus Ordinis Sacra-*  
*mentum. Hæc ille.*

Sed commodè intelligi potest, non de ipsa  
 potestate secundum se, quæ non est aliquid  
 signum sensibile & externum, quale debet esse  
 Sacramentum novæ legis; sed de potestate,  
 quatenus confertur per aliquid signum sensibi-  
 le & externum.

Colligo ex verbis sequentibus: *Principalior,*  
*inquit, ratio, quare hæc potestas debet conferri per*  
*modum Sacramenti, est propter Sacramentorum di-*  
*gnitatem, quæ in Ecclesia dispensantur, & in qui-*  
*bis Deus colitur, quæ ut non veniant in contemptum,*  
*non debuerunt omnibus committi dispensanda, sed*  
*personis spiritualibus: & dum his committitur, quod*  
*aliis non, datur his potestas, per quam speciali ordine*  
*struantur in Ecclesia Dei: & quoniam hi debebant ab*  
*aliis per signa aliqua secerni, & id signum est rei sac-*  
*re: ideo potestas hæc debuit ordinari per modum Sa-*  
*cramenti: & istud convenientissimum est. Cum enim*  
*sit ad Sacramentorum ordinatam dispositionem, &*  
*distributionem, debuerunt ministri ad hoc ordinari*  
*per alicuius Sacramenti susceptionem, in quo datur*  
*potestas, per quam ministri Dei ad ministrandum, &*  
*etiam inter se ordinantur: ideo rectè Ordo appellatur.*

Si in Sacramento datur potestas: ergo pote-  
 stas non est ipsum Sacramentum, sed potius  
 effectus Sacramenti, cum Sacramentum, ut di-  
 ctum est, debeat esse signum externum & sen-  
 sibile; potestas autem sit aliquid merè inter-  
 num: quæ est utique ratio primæ partis nostræ  
 Conclusionis, communiter receptæ, à qua nul-  
 latenus recedit D. Bonaven. ut patet ex dictis.

Unde non vocat Ordinem simpliciter, *Pote-*  
*statem, sed, Ordinatam potestatem,* id est, colla-  
 tam per modum Sacramenti, seu per signum  
 aliquod externum & sensibile, efficax gratiæ  
 sanctificantis, sic enim ait ibidem: *Quod obij-*  
*citur, quod (omne Sacramentum) est elementum,*  
*dicendum; quod in collatione huius potestatis aliquod*  
*signum est extrinsecum, quod largo modo appellatur elemen-*  
*tum, quoniam largo & extenso modo sumitur in dis-*  
*tributione Sacramenti. Scilicet pro quolibet signo*  
 externo.

Ad illud quod obicitur de medicamento, dicendum;  
 quod Ordo non est tantum in medicamentum respectu  
 suscipientis, sed etiam respectu aliorum. Vnde maxi-  
 me tenet rationem Sacramenti. Nec istud obviat,  
 quod dicitur; quod debet dari perfectis; quoniam ne-  
 mo reperitur ita perfectus, quin ulterius possit perfici.  
 Vnde quilibet, hoc Sacramentum suscipiens, ali-  
 quam gratiam in eo recipit, si dignè recipiat, per  
 quam excluditur difficultas ministrandi in his, quæ  
 pertinent ad cultum Dei.

Quando ergo Ordo definitur, potestas spi-  
 ritualis, accipitur ly Ordo pro effectu Ordina-  
 tionis,

Explicatur.

17. Probatur  
 1. pars  
 Concl.

18.

15. Confirmatur.

10.

16. Prima pars  
 Concl. vi.  
 dicitur esse  
 contra D.  
 Bonaven.



tionis, quæ magis propriè significat ipsum Sacramentum; quàmquam etiam ly Ordo, læpiùs ab Auctoribus usurpetur pro ipso Sacramento seu Ritu externo, quo ex institutione divina confertur præfata potestas. Unde Magist. 4. dist. 24. Si, inquit, *queritur, quid sit, quod hic vocatur Ordo. Sanè dici potest signaculum esse, id est, sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur Ordinato & officium.*

Definitio  
Ordinis ex  
Magist.

Contra  
quam ar-  
guit Scotus  
primò.

Sed hæc definitio minùs placet Doct. subt. 4. dist. 24. q. unicâ n. 2. ubi sic lego: De primo dicitur, quod Sacramentum Ordinis est potestas spiritualis (causaliter, id est, confert potestatem spiritualem) ad aliquem actum exequendum in Ecclesiastica Hierarchia: & per consequens secundum ordinem diversitatis ad tales actus in Ecclesia, essent Ordines distinguendi.

Contra; ex ista descriptione sequitur, quod Episcopatus sit Ordo, quod est contra eos. Patet enim, quod Episcopatus est potestas ad aliquem actum in Ecclesia, utpotè ad actum confirmandi & conferendi Ordines sacros: & non tantùm potestas congruè exercendi, sed simpliciter exercendi, quia non Episcopus, si attentet istos actus, ut videtur, nihil facit. Ecce prima improbatio Scoti quæ tamen non valet contra eos, qui admittunt Episcopatum esse Ordinem, distinctum à Sacerdotio, de quo infra latius.

19.  
Arguit 2.

Ideo impugnat secundò illam descriptionem, dicens: *Secundò sequitur, quod sub Ordine sacerdotali non sit aliquis Ordo in Ecclesia, quod est contra Omnes. Probatio Consequentia: nam potestatem spiritualem, loquendo de potestate spirituali simpliciter, non habet Diaconus, vel Subdiaconus: quia estis aliquid congruè posse facere, quod non faceret congruè laicus: tamen si laicus attentaret illud facere, simpliciter faceret. Sed hæc videtur esse questio de nomine.*

Arguit 3.

Addit tertiam probationem: *Tertio sequitur, quod Sacerdotium sint duo Ordines, quia Sacerdoti competit duplex potestas spiritualis, scilicet conficiendi Eucharistiam, & absolvendi penitentem, quæ non sunt una potestas, quia una videtur prior fuisse alterâ: cum in Cæna contulit Deus primam; secundam autem non, nisi post resurrectionem Ioan. 20.*

Verùm enimvero qui concederet Sacerdotium esse duos partiales Ordines, censent quia erraret in fide, aut bonis moribus? Noli censere. Immo ipse Scotus supra n. 9. hanc sententiam docet tamquam probabilem, ut infra videbimus. Igitur nec tertia improbatio efficax.

20.  
Quid sit  
Ordo se-  
cundum  
Scotum.

Cæterùm, quidquid sit de hac descriptione Magistri, quæ potest defendi, & à plerisque defenditur, mavult Scotus dicere, Ordinem esse gradum eminentem in Ecclesia, quàm potestatem; sic quippe scribit supra n. 4. *Uterius gradus eminentem in Ecclesia dicitur in ordine ad actum Ecclesiasticum eminentem, non sic quidem, quod gradus sit potestas exequendi actum illum, ut dixit prior opinio improbat, sed quod gradus sit disponens de congruo, vel simpliciter ad exequendum, vel debet illum*

actum, ut sic possit Ordo, ut sic loquimur de Ordine, dici gradus præeminens in Ecclesia, disponens ad actum aliquem Ecclesiasticum eminentem: & quia specialiter actus eminentes in Ecclesia, sunt actus resistentes Sacramenta, ideo potest specialiter dici, quod est gradus disponens ad aliquem actum sacramentalem.

Ex hæc ratione, quasi generali, potest inquiri specialior ratio Ordinis, ut sic loquimur de Ordine; sed in hoc est quadam controversia. Qui enim ponunt Sacerdotium esse supremum Ordinem, negando Episcopatum esse Ordinem, ex quo Sacerdotium est gradus disponens ad Eucharistiam consecrandam, tamquam ad actum excellentiorem convenientem illi gradui: & ratio omnium Ordinum inferiorum vel graduum, debet accipi in ordine eorum ad istud primum dicitur, quod esset congrua descriptio Ordinis, quod est gradus eminentem in Ecclesia, disponens de congruo ad actum aliquem, ad consecrationem, vel dispensationem Eucharistiae pertinentem.

Alii dicentes, Episcopatum esse Ordinem, quia illi competit aliquis gradus in Ecclesia, qui non competit Sacerdoti; non restringunt rationem Ordinis quæ est potestas ad actum eminentem, pertinentem ad Eucharistiam; sed in genere, quod sit gradus eminentem in Ecclesia, disponens ad actum aliquem sacramentalem exequendum. Est isto modo potestas, quam adit Episcopatus supra Sacerdotium respicit aliquem actum sacramentalem, videlicet confirmare & Ordines conferre, qui actus sunt proprii Episcopo. Hæcque Scotus.

Sed, meo iudicio (salvo meliori) hæc secunda descriptio non est necessaria, est Episcopatus foret Ordo distinctus, si enim Ordinarium disponit de congruo ad actum aliquem pertinentem ad consecrationem, vel dispensationem Eucharistiae, eò quod Ordinarium Eucharistiae, & ad susceptionem Eucharistiae, qui admittendi sunt, & repellat ab Ecclesia, & ad susceptionem Eucharistiae, qui repellendi sunt (& ita de aliis Ordinibus, qui solent mediatè disponunt) multò magis Episcopatus debet dici, & reverè est gradus disponens ad Eucharistiam, eò quod ordinat Ministros episcopales.

Præterea, sicut antea notavi, dicitur Ordo potestas spiritualis eum D. Bonaven. dicitur eum Scoto gradus eminentem, quæstio videtur esse de nomine, quid videlicet Bona. & Alii intelligant per ly *Potestas spiritualis*: puto ego, solum intelligere specialem licentiam, aliquid spirituale operandi, seu exercendi actum aliquem, ad consecrationem, vel dispensationem Eucharistiae pertinentem. Quæ licentia, ut si quidò constat, coincidit cum gradu eminentem, quem ponit Doct. Subt.

Sed numquid Ordo, supra descriptus à Scoto, verum Sacramentum? Audite illum supra n. 8. *De tertio articulo dico, quod loquimur proprie de Sacramento, Ordo non est Sacramentum: quia non est signum sensibile, & Ordo (ut dicitur) quidam gradus est spiritualis; tamen accipiendum Sacramentum pro signo invisibile, sicut aliquid dicitur*



dicitur res, & Sacramentum, hoc modo potest dici Sacramentum, quia signum convenientis gradus executionis actus debiti illi gradui, & etiam signum illius actus convenientis tali gradui.

Quid ergo est sextum Sacramentum? Dico, quod Ordinatio, cuius descriptio potest esse ista: Ordinatio est institutio alicuius in gradu Ecclesie praeminenti, cui convenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendum, facta à ministro idoneo, certa verba proferente, & simul cum intentione debita ministerium gradus illius aliquo signo visibili representans, ex institutione divina efficaciter signans gratiam praeminentem, quâ ordinatus dignum aliquod ministerium exequatur.

Optima prorsus descriptio; per materiam & formam, per causam efficientem & effectum, de quibus specialiter tractabimus lect. 2. & 3. Tandem hic addo cum Scoto: Et secundum universalem istam rationem Ordinationis, possunt proportionaliter accipi rationes speciales Ordinum: puta Ordinationis in Sacerdotem: institutio in gradu Ecclesie simpliciter praeminenti, disponsus habentem ad constituendum Eucharistiae Sacramentum, facta ab Episcopo, certa verba, cum intentione debita proferente. Et sic de ceteris Ordinibus. Sed, amabo, qui illi?

CONCLUSIO III.

Septem ad minus sunt Ordines in Ecclesia; tres majores, Sacerdotium, Diaconatus, Subdiaconatus; & minores quatuor, Acolytatus, Exorcistatus, Lectoratus, Ostiariatus.

Est Fidei ex Conc. Trident. sess. 23. cap. 2. sequentis tenoris: Cum autem divina res sit tam sancti Sacerdotii ministerium, consentaneum suum, quod dignius, & maiori cum veneratione exerceri possit, ut in Ecclesia, ordinatissima dispositione plures & diversi essent ministrorum Ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent utà distribui, ut qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad majores ascenderent: nam non solum de Sacerdotibus, sed & de Diaconis sacra Littera apertam mentionem faciunt, & quae maxime in illorum Ordinatione attendenda sunt gravissimis verbis docent; & ab ipso Ecclesiae initio sequentium ordinum nomina, atque uniuscuiusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythi, Exorcistae, Lectores, & Ostiarii in usu fuisse cognoscuntur, quandovis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad majores Ordines à Patribus, & sacris Conciliis refertur, in quibus & de aliis inferioribus frequentissime legimus.

Quomodo clarius potuisset Concilium septem Ordines, tres majores, & quatuor minores exprimere? Nefas ergo sit dubitare de hoc numero.

Enimvero si quis dixerit, praeter Sacerdotium non esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, & maiores & minores, per quos, velut per gradus quosdam in Sacerdotium tendatur; Anathema sit. Ita Trid. supra can. 2.

Atque non solum de Sacerdotibus, sed & de Diaconis sacras Litteras apertam facere mentionem, liquet ex Apostolo 1. Timoth. 3. v. 8. 9. & 10. Diaconos similiter (ubi comparat eos cum Episcopis) pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes; habentes mysterium Fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum: & sic ministrent, nullum crimen habentes. Item v. 12. Diaconi sint divini uxoris viri.

Et ad Philippenses c. 1. v. 1. & 2. salutant Paulus & Timotheus Diaconos hisce verbis: Paulus & Timotheus, servi Iesu Christi, omnibus Sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis & Diaconibus. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Adducitur etiam ab Aliquibus ad hoc propositum, electio septem Diaconorum, descripta cap. 6. Actuum Apost. v. 5. & 6. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus.

Ratione cujus electionis semper tota Ecclesia (inquit Arriaga hic disp. 55. n. 15.) Sanctum Stephanum ut verum Diaconum eo sensu agnovit, quo nunc Diaconi usurpantur. Fortasse enim, Ministrare mensis, usurpatur ibi pro ministratioe Venerabilis Sacramenti.

Bene dicit: Fortasse; quia hoc à multis negatur, qui putant, ibi non fuisse factam electionem Diaconorum in ordine ad ministerium altaris, sed ad ministerium communis mensae, loco viduarum, quae antea mensis ministrabant, non altari, ut clarum est; neque distribuendo Eucharistiam, ut per se patet, sed apponendo communes cibos.

Sed licet hoc probabile sit, non tamen certum; cum etiam plures Auctores existiment, per impositionem illam manuum Apostolicarum cum oratione, septem illos viros fuisse ordinatos veros Diaconos, qui non solum ministrarent in communi mensa, sed etiam in altari. Vide controversiam hanc latissime deductam pro utraque parte apud Valquezium 3. part. disp. 236. c. 4 & 5. Saltem Omnes admittunt, simul tempore, vel paulo post, illos septem fuisse constitutos veros Diaconos.

De Subdiaconatu, & minoribus Ordinibus nulla quidem sit mentio in Scriptura; sed tamen, ut Tridentinum supra notat, ab ipso Ecclesiae initio eorum nomina & propria ministeria in usu fuerunt.

Testes sunt Ignatius Epistola 12. ad Antiochenos ibi: Saluto Hypodiatonos, Lectores, Cantores, Institores, Laborantes, Exorcistas, Confessores.

22. Descriptio Ordinationis ex Scoto.

24. Scripturae meminit Diaconatum. 1. Tim. 3.

& philip. 1.

25. An etiam Act. 6.

26. Aliqui negant.

Alli affirmant.

27. Ab initio Ecclesiae Subdiaconatus & minores Ordines fuerunt in usu. Ignatius.

23. Probatum Concl. ex Conc. Trid.



Tertull.

Tertull. de præscript. l. 1. c. 41. ibi: Itaque alius hodie Episcopus, cras alius: hodie Diaconus, qui cras Lector: hodie Presbyter, qui cras laicus.

Cyprianus.

Cyprianus Epistolâ 55. ibi: Natus tamen occasionem familiarissimi hominis & Clerici per Felicianum Acolythum.

Cornelius.

Cornelius Papa Epistolâ ad Fabium Antiochenum ibi: Istum igitur lepidum Evangelij patronum Novatum omnino preteritis, scilicet unum solum Episcopum oportere esse in hac Ecclesia Catholica: in qua tamen non ignorabat (quomodo enim poterat?) Presbyteros esse 46. Diaconos 7. Subdiaconos 7. Acolythos 42. Exorcistas & Lectores unâ cum Ostiariis 52.

Conc. Rom. 3.

Item Conc. Rom. 3. sub Sylvestro ibi: Si quis Clericatum promoveri desiderat, hoc usum est, ut sit Ostiarius annum unum, Lector annos 20. Exorcista annos 10. Acolythus annos 5. Subdiaconus annos 5. Diaconus annos 5.

Conc. Carthag. 4.

Concilium Carthaginense. 4. à cap. 2. usque ad 9. inclusivè disponit, qualiter ordinari debeant Episcopus, Presbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolythus &c. verba ipsa inferiùs referemus, ubi de materia singulorum Ordinum.

28.

Innoc. 8.

Claudat agmen testium Innocentius tertius cap. 9. de ætat. & qual. & ord. præfic. A multis multoties, an Subdiaconus in Episcopum eligi valeat, dubitatur. Siquidem Urbanus Papa primus decrevit, ut nullus in Episcopum nisi in sacris Ordinibus religiose vivens inventus fuerit, eligatur: sacros (inquit) Ordines Diaconatum dicimus & Presbyteratum: hos siquidem solos primitiva Ecclesia legitur habuisse; Subdiaconos verò (quia etiam ipsi ministrant altaribus) opportunitate exigente concedimus in Episcopos eligi, si tamen præclara scientiæ ac religionis existant: quod ipsum non sine Romani Pontificis, vel Metropolitanæ licentiæ fieri permittimus. In quibus verbis innuitur, quòd Urbanus ad statum primitivæ Ecclesiæ se referens (in quo Subdiaconatus Ordo sacer minime dicebatur) instituit, ut de Subdiacono (nisi utilitatis causâ, & tunc etiam nisi de permissione Metropolitanæ vel Romani Pontificis) non possit electio celebrari.

29.

Occurrit objectioni.

Si inferas: ergo Subdiaconatus non est Ordo major, quod est contra Conclusionem. Respondent Aliqui, N. C. quippe non convertuntur Ordo major, & Ordo sacer: nam sacer dicitur à voto continentiæ, quod olim non erat annexum Subdiaconatui: Ordo autem major dicitur, quoniam habentes illum, proximè assistunt Sacerdoti consecranti, illique ministrant in altari, quales sunt, & soli sunt, atque semper fuerunt Diaconus & Subdiaconus.

30.

Subdiaconatus hodie est Ordo sacer.

Porro hodie etiam Subdiaconatum esse Ordinem sacrum, manifestissimis verbis declaratur in jure præcitato, ibi: Verùm cum hodie Subdiaconatus inter sacros Ordines computetur, sicut Urbanus secundus, sub his verbis expressit. Erubescant impii & intelligant iudicia Spiritus sancti, eos qui in sacris Ordinibus Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu, sunt possessi, si castè non vixerint, ex-

cludendos ab omni eorumdem gradu dignitate &c. Sed de hoc plura infra, ubi de voto continentiæ, annexo majoribus Ordinibus. Sufficit pro veritate Conclusionis nostræ, quòd hodie sit Ordo sacer.

De cætero firmiter mihi persuadeo ex testimoniis jam allegatis, luce meridianâ claris apparere, nomina & propria ministeria Subdiaconatus, Acolythatus &c. ab ipso Ecclesiæ initio in usu fuisse, & fuisse veros Ordines, juxta descriptionem Doct. Subt. supra, utpote gradus præeminentes in Ecclesia, disponentes de congruo, saltem remotè, ad actum aliquem pertinentem ad consecrationem, vel dispensationem Eucharistiæ.

Dubitas de modo, quo disponent? Consultale Scotum ibi n. 7. & dicit tibi: Saltem quòd sit de ista controversia de Episcopatu, actus nobilissimus in Ecclesia simpliciter est Consecratio Eucharistiæ, & ita supremus gradus sive nobilissimus propter nobilitatem actûs, ad quem disponit, est Sacerdotium. Et per consequens, ipso modo accipiendo descriptionem Ordinis, iuxta primam descriptionem positam in primo articulo, & distinctionem Ordinis, in Ecclesia tantum sunt septem Ordines: quorum primus est gradus disponens ad consecrationem Eucharistiæ, & est Sacerdotium. Secundus gradus est disponens ad dispensationem Eucharistiæ, saltem sanguinis, & est Diaconatus. Tertius est disponens ad oblationem materia Eucharistiæ consecrandæ, & est Subdiaconatus. Et patet ratio, quare tres illi gradus Sacramenti dicuntur Ordines, quia immediate disponunt ad actum aliquem vel ministerium circa Eucharistiæ, vel eius materiam exhibendam.

Uterius aliqui alii gradus disponunt ad actus aliquos remotè se habentes ad Eucharistiæ. Vt ergo ad convenientem dispositionem in populo ad studium, & suscipiendum, vel removendum impedimentum, sit dispositio in convenientem. Primo modo dispositio conveniens pertinet ad effectum est devotio, & ad hanc devotionem attendit Acolythus illuminanda aureos. Alia dispositio est pertinet ad intellectum, scilicet cognitio, & ad hanc agi Lector. Removere prohibens est arcece indignos ne approximent: vel ergo indignos homines, & hoc pertinet ad officium Ostiarii: vel dæmones, & hoc pertinet ad officium Exorcistæ.

Sed dicit aliquis; officia Acolythi, Lectoris, & Ostiarii sæpè fiunt in Ecclesia à meritis Laicis; ergo non sunt gradus præeminentes; ergo non sunt veri Ordines.

Respondeo; etiam Epistolâ legi potest, & aliquando legitur à simplici Clerico non Subdiacono: ergo Subdiaconatus non est gradus præeminens, neque verus Ordo; neque Consequentiâ; inde solum sequitur, quòd Ordines inferiores Sacerdotio, non dent potestatem ad aliquid validè faciendum, sed tantum ad licitè faciendum, & ideo Ecclesia in necessitate, quando commodè non possunt haberi ordinati, concedit, ut illa officia exercentur à non Ordinatis.



natis, si non omnia, saltem aliqua minoris momenti, ut patet ex consuetudine tolerata. Interim certis ritibus & ceremoniis conceditur licentia, illa officia stabiliter exequendi, quod sufficit, ut sint gradus præminentes, & veri Ordines.

Si rursum objicias; Dionysius c. 5. Eccles. Hierarchiæ ponit tantum tres Ordines, scilicet Episcopatum, Sacerdotium, & Diaconatum.

Resp. est argumentum negativum, quod non concludit; quia non erat intentionis Dionysii, omnes Ordines recensere, sed principales tantum, & qui pro tunc magis erant in usu: nam ut bene advertit Scotus supra n. 12. In primitiva Ecclesia erant pauci credentes, & ideo pauci ministri sufficiebant ad dispensandum eis Eucharistiam: & ideo non oportuit tunc ministros in singulis gradibus institui; post autem multiplicata est fides, & etiam concomitabatur devotio ad communicandam quotidie, & tunc fuit necessitas habendi multos ministros ad singula ministeria ad Eucharistiam pertinentia: & ideo tunc Ecclesia multos ministros in singulis gradibus instituit.

Nec tamen, tunc de novo instituti sunt illi Ordines; immo Mag. in littera dicit, quod Christus adus singulorum Ordinum in seipso exercuit; & etiam quod antiquitus præfigurabantur in quibusdam gradibus correspondentibus eis in lege Mosæica. Sed Ordines ab antiquo instituti, tunc quando multiplicatus est numerus fidelium collati sunt ministris, quos prius non oportuit conferri alicui: quia non fuit prius necessarium eius ministerium.

Hæc est etiam ratio (persequitur Doct.) quare modo in Ecclesia non sunt in singulis Ordinibus determinati ministri, quia etsi modò sit multiplicata multitudo fidelium; tamen est immutata (aliàs distincta) lætitia devotionis. Vnde multi vix semel in anno volunt communicari, & ideo circa Eucharistiam dispensandam non oportet modò tot ministros assistere. Et propter hoc quatuor Ordines non sacri simul conferuntur, ut quod nullus est deputatus ad ministrandum in gradu inferiori, quasi ille sit sibi proprius & alius alii. Hæc Doct. Subtilis.

Doct. Seraph. 4. dist. 24. p. 2. a. 3. q. 4. circa principium sic ait: Sed quod debeant esse tantum tres (Ordines) videtur auctoritate Dionysii de Eccles. Hierar. ubi non ponit nisi tres gradus; scilicet Ministros, Sacerdotes, & Episcopos. Respondet autem n. 79. Quod Dionysius sub ministris comprehendit septem gradus, qui omnes administrant Sacerdoti. Credo voluisse dicere, sex gradus, Nam, ut ibidem ait, principalis gradus est unus (scilicet Sacerdotium) cui & subserviientes debent esse duo (scilicet Diaconatus & Subdiaconatus) quia enim à primo deficiunt, vadunt in dualitatem, & rursum subserviientes duobus sunt quatuor (scilicet Acolythatus &c.) quia deficiunt etiam ab illis: & sic patet perfectio & consummatio Ordinum & distinctio in numero septenario secundum gradus prestantiam, qui sunt essentialis Ordini. Quomodo ergo

septem gradus administrant Sacerdoti? An fortè gradus Sacerdotii etiam administrat Sacerdoti? Nonne Dionysius expressè distinguit inter Sacerdotes & Ministros?

Igitur satisfactum est auctoritati D. Dionysii. Minime; inquis, quia ipse Episcopatum numerat distinctum Ordinem à Sacerdotio & Diaconatu; ac proinde non tantum septem, sed secundum Dionysium octo erunt Ordines.

Respondéo; me ideo consultò dixisse; seu addidisse illam particulam: Ad minus; tum, quia magna controversia est; an Episcopatus sit Ordo distinctus à Sacerdotio; tum, quia videtur, quod etiam prima Tonfura sit Ordo, item Officium Cantoris.

Et quàmvis sub Sacerdotio possit comprehendi Episcopatus, atamen prima Tonfura & officium Cantoris sub nullo Ordine ex assignatis veniunt intelligenda. Numquid ergo plures Ordines quàm septem? Nequaquam.

Nam Episcopatus esset foret Ordo distinctus à Sacerdotio, non tamen adæquatè secundum communem sententiàm; adeoque sub eo potest comprehendi, ut jam jam dixi, & infra latius ostendam. Quantum ad primam Tonfuram & officium Cantoris; dico cum communi sententià:

CONCLUSIO IV.

Prima Tonfura, & officium Cantoris, non sunt veri Ordines.

IN primis clericalem Tonfuram non esse proprie dictum Ordinem ut hic sumitur, hæud obsecutè significat Conc. Trident. sess. 23. c. 2. ubi expressè distinguit inter eam, & Ordines, dicens: Ut qui iam clericali Tonfurâ insigniti essent, per maiores ad maiores adscenderent Ordines. Similiter cap. 6. de Refor. Nullus primâ Tonfurâ iniariatur, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus &c.

Probatum etiam à Dicast. h. c. n. 18. quia in Pontificali Romano, ubi, inquit, ex instituto & distinctè agitur de obligatione Ministrorum Ecclesiæ, nec Tonfura, nec ejus collatio Ordo appellatur, sicut collatio aliorum Ordinum; nec titulus ibi præfigitur: collationi Tonfuræ, de Clerico ordinando; sed, faciendo. Hæc ille.

Fateor talis titulus præfigitur; verumtamen sub illo titulo, Tonfurandi vocantur Clerici ordinandi, ibi: Pro Clericis ordinandis parentur forfices pro incidendis capillis & bacile pro illis imponendis. Et quilibet ordinandorum habere debet suam superpelliceam &c.

Igitur vel titulus explicandus est per textum, ita ut ly Faciendo; idem sit quod Ordinando; vel textus explicandus per titulum ut ly Ordinandis;

33. Alia obiectio ex Dionysio.

salvatur.

34.

34. Responsio Doct. Seraphici ad auctoritatem Dionysii.

35. Obiectio.

Responsio.

36. Episcopatus comprehendit officium Sacerdotii.

37. Primam Tonfuram non esse proprie dictum Ordinem probatur ex Tridentino.

Probatum etiam à Dicast. ex Pontificali Romano.

38. Contra arguitur.



idem sit quod, *Faciendus*. Cur autem potius textus sit explicandus per titulum, quam e contra, quis nobis edisseret?

39. Pontificale Rom. distinguit Tonfuram ab Ordinibus.

Hoc certum est, Pontificale æquè ac Trid. Tonfuram ab Ordinibus tam minoribus, quam majoribus distinxisse. Unde subsequens titulus est *De minoribus Ordinibus*. Et post hunc tractatur *De Ordinatione Oſtiariorum*, & sic de aliis consequenter.

Si Pontificale censisset, Tonfuram esse verum Ordinem, veluti est Oſtiarius; cur etiam non præfixisset similem titulum, *De Ordinatione Clericorum*? Cur diceret: *Clericus fieri potest*, & non potius: *Ordinari potest*? Cur dixisset: *Clericus fieri potest extra Missarum solemniam quocumque die, hora, & loco*. Quatuor autem minores Ordines dari possunt extra Missarum solemniam, diebus Dominicis, & festivis duplicibus, sed in manè tantum? Liqueat ergo manifestè, primam Tonfuram non esse computandam inter minores, multò minus inter majores Ordines.

40. Obiectio ex iure in quo Tonfura vocatur Ordo.

Esto; reponit quispiam; ergo non est Ordo, negatur Consequentia. Alioquin perperam eo nomine vocatur ab Innoc. 3. cap. 11. de ætat. & qual. & ord. præf. Cùm contingat incertum, quod laici ad Monasteria convolantes, à suis Abbatibus tonsurentur: requisisti, an Clericatus Ordo in Tonfura huiusmodi consecratur. Super quo tibi taliter respondemus, quod cum in septima Synodo sit Statutum, ut Lectores per manus impositionem licentia sit unicuique Abbati in proprio Monasterio solummodo faciendi, dummodò ipsi ab Episcopo (secundùm morem præficientium Abbatum) manus impositio facta noscatur, & constet eum existere Sacerdotem: per primam Tonfuram, iuxta formam Ecclesie datam à talibus Clericalis Ordo consecratur.

41. Item ex Bulla ex qua dicitur Pii V.

Consimiliter Pius quintus Bulla: *Sanctum & salutare* 91. apud Cherubinum appellat primam Tonfuram, Characterem clericalem, ibi: *Clericalis character non legitime insigniverit, aut ad Ordines minores vel sacros, ut præfertur, vel alias male promoverit &c.*

42. Probatur ratione 1. Tonfuram non esse Ordinem.

Accedat Conc. Trident. sess. 21. c. 1. de Refor. quod sic incipit: *Quoniam ab Ecclesiastico Ordine omnis avaritia suspicio, abesse debet: nihil pro collatione quorumcumque Ordinum, etiam clericalis Tonfure &c. quovis prætextu accipiant. Ergo secundùm Tridentinum etiam clericalis Tonfura est Ordo, eamque partem communiùs sequuntur Canonistæ.*

Respondeo: DD. Angelicus, Seraphicus, & Subtilis, cæteri que Theologi, paucis exceptis, sequuntur partem oppositam, quæ ratione probatur; quia per primam Tonfuram non confertur aliquis gradus præminentie in Ecclesia, seu inter Ecclesiasticos, cùm sit communis omnibus Clericis; nec ratione ejus competit Clerico aliqua spiritualis potestas aut licentia exercendi particularem actionem sacram, spectantem ad Sacrificium Missæ seu ad Sacramentum Eucharistiæ, quod tamen requiritur,

ut patet ex dictis, ad verum & proprium Ordinem, prout hic de eo agitur, id est, ad Ordinem, sextum Sacramentum.

Unde etiam non perficitur sub eodem modo materia & formæ, sicut alii Ordines. Non enim traditur tonsurando ullum sacrum instrumentum ad divinum cultum inferviens, sed utriusque in Pontificali Tit. de Clerico faciendū, Incepto Psalmo (Conſerva me Domine) Pontifex cum forficibus incidit unicuique extremitates capillorum in quatuor locis; videlicet in fronte, in occipito, & ad utramque aurem, deinde in medio capitis aliquot crines capillorum, & in bacile depōit.

Neque dum hæc sunt Pontifex utitur aliquibus verbis, quibus tribuatur aliqua potestas, verum, ut ibidem præscribitur: *Quibus tunc rōnditur dicit: Dominus pars hæreditatis mee & calicis mei, tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.*

Omnibus tonsis mitra deposita surgit Pontifex & stans versus ad illos, dicit. Oremus: Præſta quæsumus omnipotens Deus, ut hi famuli tui, quorum hodie comas caput pro amore divino depoluimus, in tua dilectione perpetuò maneant; & eos sine macula in sempiternum custodias. Amen.

Tunc schola inchoat, & prosequitur Antiphonam sequentem, putà *Hi accipient &c.* cum Psalmo Domini est terra &c. deinde repetitur tota Antiphona: *Hi accipient &c.* Quæ finita surgit sine mitra Pontifex, & ad altare conversus dicit: Oremus. Et ministri dicunt: *Flectamus genua, Resp. Levate.* Et mox ad tonsos genuflexos versus Pontifex, dicit:

Adesto Domine supplicationibus nostris, & hos famulos tuos benedicere dignare, quibus in tuo sancto nomine habitum sacre Religionis imponimus, ut te largiente, & devotè Ecclesia unà persisteret, & vitam percipere mereantur æternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Tum Pontifex sedet cum mitra & accipiens in manum superpelliceum, dicit singulari. Induat te Dominus novum hominem, qui secundùm Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Et mox imponit illud cuiuslibet, repetendo: *Induat te &c. immittens usque ad scapulas &c.* Quo expedit, sed mitra surgit Pontifex, & versus ad illos dicit. Oremus.

Omnipotens sempiternæ Deus propitiè peccatis nostris, & ab omni servitute sæcularis habitus hos famulos tuos emunda; ut dum ignominiam sæcularis habitus deponunt, tunc semper in ævum gratiâ perseverant: ut sicuti sollicitudinem coronæ eos gestare facimus in capitibus, sic tuâ virtute, hæreditatè sublevari mereantur æternam in cordibus. Qui cum Patre & Spiritu sancto vivis & regnas Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Deinde sedet cum mitra Pontifex, & alloquitur eos sub his verbis. Filii charissimi, animadverte re debetis, quòd hodie de foro Ecclesie facti estis.



estis & privilegia clericalia sortiti estis; cavete igitur ne propter culpas vestras illa perdati, & habitu honesto, bonisque moribus, atque operibus Deo placere studeatis. Quod ipse vobis concedat per Spiritum sanctum suum. Amen. Tam suggestente Archidiacono, ordinati redeunt ad loca sua. Hucusque Pontificale Romanum.

Ex quo apparet evidenter, quod licet late loquendo prima Tonfura possit dici Ordo, & Tonfuratus ordinatus; quia est nota aliqua, seu signum, quo distinguitur Clericus a Laico, & supra Laicorum statum evehitur, factus de foro Ecclesie, & particeps privilegii clericalis, nec non capax Ordinum minorum & majorum, atque jurisdictionis ac beneficii Ecclesiastici; eadem in rigore & proprie loquendo, non esse verum Ordinem prout hic sumitur, id est, prout Ordo constituit sextum Sacramentum, cum non perficiatur per traditionem ullius particularis instrumenti, ad divinum cultum inservientis, neque per verba, conferentia aliquam particularem potestatem vel gradum preeminentem, prout perficiuntur Ordines minores, & majores, ut suo loco videbimus.

Hinc Doctor Angelicus part. 3. in suppl. q. 40. a. 2. in corpore: Dicendum, inquit, quod ministri Ecclesie a populo separantur, ad vacandum divino cultui, in cultu autem divino quadam sunt, quae per potentias determinatas sunt exercenda, & ad hoc datur spiritualis potestas Ordinis: quaedam autem sunt quae communiter a toto Ministrorum Collegio sunt, sicut dicere divinas Laudes, & ad hoc non exigitur aliqua potestas Ordinis, sed solum deputatio ad tale officium, & hoc fit per coronam: & ideo non est Ordo, sed praebulum ad Ordinem.

Quod sic explicat Doctor Seraphicus 4. dist. 24. p. 1. a. 1. q. 2. in corp. Dicendum, inquit, quod sicut in transeuntibus de uno statu ad alium praemittitur aliquod preparatorium, quod non ponit in statum, sed disponit, sic in proposito intelligendum est. Nam suscipientes Ordinis Sacramentum in quodam speciali statu inter fideles collocantur. Unde quemadmodum inter statum secularem & religiosum medius est novitatus, in quo nec seculares, nec Religiosi est proprie, cum non voverit ea, quae sunt Religionis, servare, & sicut inter fideles & infideles, medii sunt Catechumeni, qui tamen non sunt inter fideles computandi, immo hora communionis de Ecclesia consueverunt emitti, sicut Novitii de Capitulo: sic Clerici medii sunt, in quantum habent Tonfuram inter Laicos & Ordinatos: Quia tamen signum istud omnibus est commune; ideo omnes Clerici nuncupantur, & confunditur nomen. Sicut ergo Novitatus non est Religio, sed ad Religionem disponit; & Catechumenatio sive Catechisatio non est Baptismus, sed dispositio & preparatio, sic commune signaculum non est Sacramentum, nec Ordo, sed tantum dispositio. Hucusque D. Bonaventura.

Non gravetur Lector, si subscriptero objectiones communes & solutiones ex eodem Seraphico Doctore. Ad illud, inquit, quod obicitur,

quod est sacra rei signum, dicendum; quod ista non sit tota ratio Sacramenti, sed amplius oportet addere. Non enim sufficit signatio, nisi etiam ibi aliquid conferatur, quod cum non fiat in corona, quia nulla traditur spiritualis potestas, patet quod non est Ordo.

hanc doctrinam ex eodem Doctore. Prima

Similem solutionem huic objectioni adhibet Doctor Subtilis. 4. dist. 24. q. unica n. 12 ibi: Ad ultimum nego primam Tonfuram esse Ordinem, & cum dicitur: est signum rei sacrae. Respondeo, non esse signum practicum efficax rei sacramentalis, id est, gratia, quomodo intelligendum est Sacramentum esse signum rei sacrae, ut dictum est dist. 1. Quod additur ibi de privilegio clericali, non valet: quia laici conversi in Religionem, gaudent privilegio clericali; & potius Legislator illud privilegium dedisse Principi vel alicui simpliciter laico: falsa est igitur illa propositio, quod illud privilegium est proprium ordinato. Haec Scotus.

Scoti.

Sed revertamur ad Doctorem Seraphicum. Ad illud, inquit, quod obicitur, quod non fit nisi propter spirituale: dicendum; quod verum est, quod corona fit propter spirituale non tamen propter spirituale officium, quod ibi datur, sed quod ibi figuratur: & ad hoc, quod homo configuretur & preparetur, & ideo non frustra fit.

47. Secunda Obiectio & solutio.

Quaeris quod sit illud spirituale officium, quod ibi figuratur? Respondeo verbis ejusdem Doctoris ibidem q. 1. in corp. In Sacramento Ordinis datur potestas ad istud nobile officium exequendum. Et quoniam haec omnibus non datur, nec omnibus dari debet, ideo oportet personas hoc officium (puta Sacerdotium) suscipientes, primo consignari: & hoc signaculo quod ostendat distinctionem, & quod etiam sit in eruditionem, nullum autem ita conveniens est, ut Tonfura cum corona. Primum, ratione fitis; quia in superexcellenti parte debet hoc signaculum poni, ut significetur officium nobilitatis, ad quod parati sunt. Secundum vero, quia Tonfura inferior cum rasura superiori circulares figuram faciunt in capillatura: & ita appellari potest corona, quae signat eos paratos ad regale Sacerdotium secundum illud: Vos estis genus, electum, regale Sacerdotium: ideo signaculum regale rectissime eis competit ad distinguendum. Itaque spirituale officium propter quod significandum fit corona, est Sacerdotium.

Sed pergamus ad alias objectiones. Ad illud (inquit Bonav.) quod obicitur, quod datur a persona excellenti, dicendum; quod eiusdem est preparare materiam, & formam adducere: & quoniam preparat ad Ordinis Sacramentum, qui ponit hominem in statum excellentiam, & qui etiam traditur a personis excellentibus, ideo & corona, non ratione sui, sed ratione eius, ad quod disponitur.

48. Tertia Obiectio & solutio.

Ultimo obicitur: ex corona efficitur aliquis, & dicitur Clericus; sed Clericus & laicus distinguuntur: si ergo omnes fideles, aut habent Sacramentum Ordinis, aut laici dicuntur, videtur, quod coronati recipiunt in susceptione, vel coronatione Sacramentum Ordinis.

49. Ultima Obiectio.

Respondet D. Bonaventura supra: Nec laicos

PPP 3 est

44. Tonfura late loquendo potest dici Ordo.

45. Sententia Angelici de hac controversia.

Explicatio Doctoris Seraphici.

46. Objectiones & solutiones contra.



est proprie, nec ordinatus. Sed tamen magis se tenet cum ordinato, sicut Novitius plus appropinquat ad statum Religiosis: & sicut dicitur Religiosus, quamvis non professus dicatur, sic habens coronam dicitur Clericus, cum tamen non sit ordinatus.

50. Responso ad obiectio- nem ex iure Canonico. Bulla Pii V. & Concilii Tridenti. Ex his patet responso ad superius objecta ex iure Canonico, Bulla Pii V. & Concilii Tridenti. videlicet Innocent. in cap. Contingit, sumpsisse nomen Ordinis amplè pro ipso statu, ut clericalis seu clericatus Ordo, idem sit quod clericalis, seu clericatus status, per quem Clericus distinguitur aliquo modo à laico, & supra statum laici evehitur.

Similiter Sixtus V. sumpsit nomen Characteris non pro signaculo animæ impresso, sed pro eodem statu, sive pro insigni clericali externo, puta tonsura seu corona. Immo apertè, ut patet ex verbis supra relatis, hunc, quem vocant Characterem, distinguit ibi ab Ordinibus, discretè nominans Clericalem Characterem & Ordines. Prout etiam Conc. Trident. quod solum vult, non licere quidpiam accipere non solum pro collatione Ordinum, sed etiam primæ Tonsuræ, & quibusdam aliis, quæ ibi recenset. Ergo Tonsura est Ordo, negatur Consequentia: immo potius contrarium inferri posset; ergo non est Ordo; alioquin sufficienter expressisset eam in illis verbis: Quorumcumque Ordinum, adeoque frustra addidisset; Etiam clericalis Tonsura.

51. Pontificale Rom. intelligi debet de Ordine latè dicto. Consimiliter de Ordine latè dicto intelligi debet Pontificale, quando in degradatione à prima Tonsura, vocat eam Ordinem ibi: Pontifex Degradator. extrahit degradando superpellicum dicens: Auctoritate Dei Omnipotentis &c. deponimus, degradamus, spoliamus, & eximus te omni Ordine, beneficio & privilegio clericali &c. Alioquin si intelligeret verum Ordinem, cur non poneret titulum: Degradatio ab Ordine Tonsuræ; sicut ponit titulum: Degradatio ab Ordine Acolytarum? Ponit autem titulum: Degradatio à prima Tonsura.

Itaque hæc sententia videtur nobis verior, & frustraneum iudico, citare particulatim Auctores, qui eam docent, cum, sicut antè dixi, omnes Theologi eam doceant paucis exceptis. Tantum apponam verba Villalobos in sum. tract. 11. diff. c. 2. n. 4. Prima, inquit, Tonsura dicitur Ordo latè loquendo, quia qui illam habet aliquas actiones habet adinstar Ordinatorum, potest cantare in Choro, & assistere Missæ, & ideo potest intrare Ecclesiam tempore interdicti. Hæc ille.

52. Officium Cantoris non est proprie dictus Ordo. Cæterum quæ primæ Tonsuræ, eadem videtur ratio, immo major officii Cantoris in Ecclesia, seu officii Psalmistatus, de quo sic scriptum habes in Pontificali Romano (ex Conc. Carthag. 4. cap. 10.) Psalmista, id est, Cantor, potest solà infusione Presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi Presbytero: Vide ut quod ore cantas, corde credas, & quod corde credis, operibus comprobas. Et si Episcopus Cle-

ricum ordinans sic faciat, bene facit. Si officium Psalmistatus collatum olim fuerit, degradando post degradationem à prima Tonsura, si velis Pontifex dicitur. Quia quod ore cantasti, corde non credidisti, nec opere implevisti; ideo cantandi officium in Ecclesia Dei à te amovemus.

Ex quo patet Psalmistarum minus esse, & debere vocari Ordinem, quam primam Tonsuram; nam hæc aliquo ritu Ecclesiastico confertur, idque stabiliter: ille autem solis verbis, neque permanentiter, sed ad tempus secundum Episcopi aut etiam Presbyteri arbitrium.

Unde etiam non est necessaria degradatio à Psalmistatu, ut colligitur ex verbis Pontificali mox allegatis ibi: Degradando post degradationem à prima Tonsura, si velis, Pontifex dicitur. Ergo si non velit, non est necesse quod aliquid dicat. Et tamen necessaria est degradatio à prima Tonsura. Quæ etiam ordinariè solum confertur ab Episcopo. Si ergo hæc non est Ordo proprie loquendo, prout hic accipitur, multo minus ille.

Sanè neque à Trident. inter Ordines recensetur; neque usquam in Pontificali Romano vocatur Ordo, aut ejus collatio vocatur Ordinatio, prout appellatur collatio aliorum officiorum ab Episcopatu, usque ad officium Obsequii inclusivè.

Placet audire Doct. Seraphicum 4. dist. 22. part. 2. a. 2. q. 2. in corp. Dicendum, inquit, quod Psalmistatus proprie non est Ordo, sed officium Ordini annexum. Et ratio huius est; quia non dicitur, cui debeat specialis gradus Ordinis deputari, sed solum est annexum Ordini. Psalmista enim est Cantor pro eodem reputatur, sicut patet ex eo, quod dicitur: Psalmista, id est, Cantor &c. (con. Psalmista dist. 23.) Psalmista enim est non solum cantare, sed etiam alios cantus armonicos libenter interserere: & hoc ut audientiam corda tendunt ad Dei laudem, & ad eruditionem Lectoris, ut non assiciantur tædio in audiente verbi dicitur. In hoc ergo quod est ad laudem Dei, cum illud sit omnium fidelium communiter & simul, non oportet ad hoc Ordinem deputari. In hoc autem quod est exercitatio cordis ad eruditionem, & ad percipiendum sensum, quem prædicat Lector, est officium annexum Ordini Lectoris: sic patet, quod stricte accipiendos Ordines, & gradus Psalmistatus non debet inter Ordines computari.

Quid ergo ad Isidorem, qui, ut recitat dist. 21. c. 1. cæteris Ordinibus annoverere Psalmistatum, ibi: Generaliter Clerici nuncupantur Ordines, qui in Ecclesia Christi deserviunt, quorum gradus & nomina sunt hæc: Officiarius, Psalmista, Lector &c.

Item distinctione. 25. c. 1. ibi: Ad Psalmistam pertinet officium canendi, dicitur benedictiones &c. Ad Lectorem pertinet Lectiones pronuntiare &c.

Respondeo cum D. Bonaventura supra: ad officium 1. Si largius extendatur nomen Ordinis ad officium etiam annexum Ordini, quod tamen specialiter & principaliter non convenit Ordinatibus: sic Psalmistatus potest inter Ordines computari, & in accipi iudicari. Concilii



56. Quae etiam applicari potest verbis Clem. Rom. Consimiliter intelligo Clement. Rom. lib. 3. Constit. Apost. c. 11. sequentis tenoris. Immo neque reliquis Clericis potestatem baptizandi facimus, ut Lectoribus, Cantoribus, Janitoribus, aut ministris, nisi tantum Episcopis & Presbyteris ministrantibus Diaconis. Qui vero hoc ausi fuerint, penas Conventuum pendunt. Neque Presbyteris potestatem dandum ordinandi Diaconos aut Diaconissas, aut Lectores, aut ministros, aut Cantores, aut Janitores, sed Episcopis tantum; hic enim est Ordo Ecclesiasticus, & conventus. Hæc ille.

Ordinatio aliquando sumitur pro collatione officii Ecclesiastici. Ubi collationem Cantoratus vocat Ordinationem. Sed, sicut dixi, Ordinationem sumit latius pro collatione officii Ecclesiastici; neque enim ibi erat quæstio, an omnia enumerata essent veri Ordines, prout hic de Ordine loquimur, sed an illa officia Ecclesiastica (sint vel non sint proprie dicti Ordines) possent conferri à Presbyteris.

Et quàmvis Clemens ibi resolverit partem negativam, fortè, quia tunc illa officia conferebantur ritu Ecclesiastico, & modo stabili; equidem hodie contrarium apparet verum de Psalmistatu, seu de Cantoratu, ut patet ex Pontificali supra, idque quia modo non confertur Cantoratus ritu aliquo Ecclesiastico & stabili modo.

57. Ad illud, quod objicitur; quod Prophetia Psalmorum est dignior, vel æquè digna, quàm alia Prophetia. Respondet Doctor Seraphicus supra ad 2. Quod digna est, quantum ad intellectum & sensum, ita, sicut alia; sed quia Psalmista non tantum erudit per sensum verborum, sed etiam excitat mentes per tantum musicorum, & per emissionem vocum resonantium, & hoc competit multitudini; alias vero Prophetias competit uni recitare, cui alii sint intenti: ideo oportet illum, qui legit esse profectionem, non ratione eius, quod recitatur, sed ratione modi recitandi.

58. Ad aliud, quod objicitur; quod nobilius & dignius officium est Psalmos in Ecclesia recitare, quàm sit ostia custodire: Dicendum (inquit Bonaventura supra ad 3.) quod maioris auctoritatis & dignitatis est excludere indignos, & admittere dignos ad divinum officium, quàm interesse & Psalmos cantare, pro eo, quod primum dicit quendam auctoritatem & potestatem: nec competit alicui, nisi detur ab eo, qui habet auctoritatem eminentem, scilicet ab Episcopo. Sed palmodia respicit scientiam & vocem, & qui habet hæc sine donatione auctoritatis, potest hoc facere solà in visione Sacerdotis, ut prædictum est; quàmvis ergo istud officium maius videatur, tamen si consideretur auctoritas utrobique, illud est maius, quàm hoc. Hactenus Doctor Seraphicus.

Nec video quid aliud possit objici. Teneo itaque cum hoc Doctore, & aliis communiter, Psalmistatum, seu Cantoratum non esse Ordinem proprie loquendo, prout hic, distinctum saltem à Lectoratu; sed potius officium aliquod Ecclesiasticum, Lectoratui annexum.

59. Idemque assero de officio Laborantium seu

Fossariorum, prout etiam de officio sepelientium mortuos, quàmvis aliquando à Patribus enumerentur inter Ordines; assero; inquam, nec fuisse, nec modo esse veros Ordines; prout hic loquimur; quia non sunt gradus aliquis præminens in Ecclesia; cui convenit aliquod ministerium circa Eucharistiam exhibendum, neque conferuntur hodie ritu aliquo Ecclesiastico & stabili modo, ut satis docet quotidiana experientia.

Quod autem Patres aliqui eorum meminerint, sicut dixi, ratio est; quia non agebant particulariter de Ordinibus Sacramentis, sed in genere de Officiis Ecclesiasticis; inter quæ hæc poterant aliquo modo computari; tum quia sepultura ad Ecclesiam pertinet, tum quia fortè tunc temporis ritu aliquo Ecclesiastico & stabili modo conferebantur.

Potè quod Patres illi non cutaverint ita de veris Ordinibus, quàm de Officiis Ecclesiasticis, vel inde satis colligitur, quod subindè aliquos veros Ordines omiserint, enumeratis aliis, quæ secundum communem sententiam non sunt veri Ordines.

Itaque nullum aliud est officium Ecclesiasticum, præter tres Ordines majores (sub Sacerdotio comprehendo Episcopatum) & quatuor minores, quod possit censeri verus & proprie dictus Ordo, prout est sextum Sacramentum; quia de nullo alio constat, esse aut fuisse gradum præminentem in Ecclesia, disponentem de congruo ad actum aliquem pertinentem ad consecrationem, vel dispensationem Eucharistiæ, ritumque Ecclesiastico, ac stabili modo collatum.

Sed numquid, interrogat quispiam, tres Ordines majores, & quatuor minores, omnes sunt à Christo instituti, & vera Sacramenta novæ legis? Respondeo:

CONCLUSIO V.

Omnes veri Ordines à Christo sunt instituti, & probabilius Sacramenta.

Quàmvis Doctores Catholici conveniant in septenario numero Ordinum, trium majorum, & quatuor minorum, docentes, omnes esse veros Ordines; tamen Aliqui dicunt, solum Sacerdotium esse verum Sacramentum. Alii tametsi idem affirmant de Diaconatu, negant tamen de Subdiaconatu & minoribus Ordinibus. Aliqui Subdiaconatum adjungunt Diaconatui; nos autem cum veteri sententia, censemus, etiam minores Ordines imò & Episcopatum, si est distinctus Ordo à Sacerdotio, esse vera Sacramenta. Et quia Sacramenta esse non possunt, nisi à Christo sint instituti, hoc primum probandum erit.

Officium Laborantium non est proprie dictus Ordo, ut nec officium sepelientium.

60. Patres locuti fuerunt de officio Ecclesiasticis.

61. Conveniant DD. in septenario numero Ordinum.

Pro.



Probat ex Trident. omnes Ordines à Christo esse institutos.

Probat autem ex Conc. Trident. sess. 23. can. 6. Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divinam ordinatione institutam, qua constat ex Episcopis, Presbyteris & ministris; anathematizatus sit.

Nulla porro est ratio per ly Ministris, intelligendi, vel solum Diaconum, vel solum Diaconum & Subdiaconum; ergo intelligendi omnes, de quibus egit Conc. eadem sess. c. 2. Et qui illi? Diaconus, Subdiaconus, Acolythus, Exorcista, Lector & Ostiarius.

62. Ab initio Ecclesie omnes Ordines fuerunt in usu.

Quid miramur? nam teste Tridentino eodem cap. Ab ipso Ecclesie initio illorum Ordinum nomina atque uniuscuiusque propria ministeria in usu fuisse cognoscuntur. Et eadem sess. cap. 17. de Reformatione ait: Ut sanctorum Ordinum à Diaconatu ad Ostiariam functiones, ab Apostolorum temporibus in Ecclesia laudabiliter recepte &c. Ergo verisimilius ab ipso Christo hi omnes Ordines instituti sunt.

Nullus Ordo legitur de novo institutus per aliquam Constitutionem Ecclesie.

Maximè cum non inveniatur aliqua Constitutio Ecclesiastica, per quam de novo vel minimus ex illis Ordinibus institueretur, sed omnes Constitutiones supponunt, antea illos Ordines fuisse institutos, & faciunt mentionem de ipsis, tanquam iam pridem institutis, etiam ipsi Canones Apostolorum.

63. Probatio ex Can. Apost.

Patet ex Can. 1. Apost. Episcopus à duobus aut tribus Episcopis ordinatur. Et can. 2. Presbyter ab uno Episcopo ordinatur, & Diaconi & reliqui Clerici. Item can. 42. Hypodiaconus, vel Lector, vel Cantor similia faciens (id est aleis, vel ebrietatibus vacans) vel cesset, vel sequegetur.

In quibus utique Canonibus non instituitur Episcopatus, Presbyteratus, non Diaconatus, Subdiaconatus, Lectoratus, sed supponuntur iam instituti illi Ordines, & significatur à quibus debeant conferri, & à quibus Ordinati debeant abstinere, ac proinde non sunt instituti ab Apostolis, sed immediatè ab ipso Christo.

Fatemur candidè, ut supra adhuc confessi sumus, in Scriptura non reperiri omnes illos Ordines, solum Sacerdotium, & Diaconatum; quia tamen alii Ordines spectant mediatè salutem ad Sacrificium Missæ, hinc existimamus, Christum, qui instituit Sacrificium, & Sacerdotium, ut omnes Catholici admittunt, etiam illos Ordines instituisse.

64. Doctrina Mag. Christum in se ipso exercuisse actus singulorum Ordinum.

Quin immo Christum actus singulorum Ordinum in seipso exercuisse, docet Mag. Sent. 4. dist. 24. in principio hinc verbis. Septem sunt spiritualium officiorum gradus sive Ordines: Sicut ex sanctorum Patrum dictis aperitè traditur, & capituli nostri scilicet Iesu Christi exemplo monstratur, qui omnium officia in semetipso exhibuit, & corpori suo, quod est Ecclesia, eosdem Ordines observandos reliquit.

Quod ostendit r. de Ostiariatu.

Et probat per singulos gradus, primò de Ostiariatu: Hoc, inquit, officium Dominus in sua persona suscepit, quando flagello de funiculis facto, vendentes & ementes eiecit de templo. Ipse enim, se Ostiarium significans dicit: Ego sum Ostium, per me

si quis introierit salvabitur & ingredietur & egredietur & pasceat inveniatur.

Secundò de Lectoratu: Hoc officium implet Christus, cum in medio Seniorum librum Isaiæ aperiens, distinctè ad intelligendum legit: Spiritus Domini lupet me &c. Ex quo Lectoribus datur intelligi, quia gratia spirituali elatere debent, qui alio verbum Dei annuntiant.

Tertiò de Exorcistatu: Hoc officium usque est Dominus, quando salivam suam tetigit aures & linguam surdi & muti dicens: Effeta, quod est, Adaperire: Per hoc docens nos spiritualiter debere aperiri aures praeceptorum hominum ad intelligendum, & tunc ad confitendum; ut pulso demone Spiritus sanctus in suam recipiat. Hoc etiam officium usque est Christus, cum demoniacos multos sanavit.

Quartò de Acolythatu: Hoc, inquit, officium Dominus se habere testatur dicens: Ego sum lucus, & qui sequitur me non ambulat in tenebris.

Quintò de Subdiaconatu: Hoc officium usque est Dominus, quando linteum se praecinxit, & ministrum aquam in pelvium, pedes Discipulorum lavit, & linteum terxit.

Sextò de Diaconatu: Hoc officium usque est Christus, quando post canam Sacramentum carnis & sanguinis Discipulis dispensavit, & quando apostolice mientes ad orationem excitavit dicens: Vigilate & orate ut non intretis in tentationem.

Septimò denique de Presbyteratu, dicitur: Hoc officium usque est Christus cum seipsum in ara crucis obtulit, idem Sacerdos & Hostia, & quando post suam panem, & vinum, in corpus suum, & sanguinem commutavit.

Hæc latius ex Mag. volui referre, ut cognoscere, quomodo sint intelligenda hæc verba, quæ ibidem subiunguntur: Item de septem Ecclesie gradibus breviter elocuti, quædamque pertineat insinuarimus. Cùmque, omnia spiritualia sint & sacra, excellenter tamen Canones, & tantum sacros Ordines appellati censent; Diaconatus scilicet, & Presbyteratus, quia his solum permissa va Ecclesia legitur habuisse, & de his solum præcepit Apostoli habemus. Apostoli enim in singulis ordinibus Episcopos & Presbyteros ordinarunt, Lectorum ab Apostolis ordinatos legimus, quorum numerus fuit beatus Stephanus, Subdiaconos vero & Acolythes procedente tempore Ecclesia sibi constituit.

Ex quibus verbis Valquez hic disp. 27. c. 1. in principio, infert; Mag. lectum fuisse sententiam, quam ipse putat multò probabiliorē, videlicet, quatuor minores Ordines, non esse Sacramenta, à Christo instituta; sed ex sola Ecclesie institutione dimanasse.

Sed, meo iudicio, non valet hæc illatio: si enim Subdiaconatus & minores Ordines ex sola Ecclesie Constitutione dimanarunt, secundum Mag. quomodo verum est, quod idem Mag. supra docet: Iesum Christum competere suo, quod est Ecclesie, eosdem Ordines, quorum officia in semetipso exhibuit, observandos reliquidit? Ergo, vel Mag. simpliciter contradi-



in eadem distinctione, quod non est asserendum de tanto viro; vel posteriora verba intelligenda sunt, non de institutione prima illorum Ordinum; sed de exercitio seu ministerio illorum Ordinum, quod aliquo tempore omissum fuit, eò quod non iudicaretur necessarium propter paucitatem fidelium. Ita Scotus supra n. 12. Vide verba Doct. Concl. 3.

68. Igitur Magister potius pro nostra sententia allegandus, quam pro sententia Vasquezii. Magistrum autem sequuntur Doctores Angelicus, Seraphicus, & Subtilis, & plerique Theologi; teste ipso Vasquezio supra c. 1. dicentes, septem Ordines non solum à Christo institutos, sed etiam fuisse & esse vera Sacramenta novæ legis. Ut mirum sit, aliquem velle adherere paucis Theologis, propter rationes, satis infirmas, quam subscribere Sanctis Doctoribus Ecclesiæ, & plerisque Theologis.

Et verò rationes satis infirmas esse, sic facile ostendo; præsertim contra Vasquez, qui etiam neget minores Ordines esse Sacramenta, affirmat tamen Subdiaconatum esse verum Sacramentum. Sic, inquam, ostendo; quia, secundum hunc Auctorem, solâ optimâ conjecturâ, ex auctoritate Patrum rectè deductâ, hæc sententia confirmanda est. Et amabò quæ illa conjectura? Et quæ est ista auctoritas Patrum?

69. Primum (inquit Vasquez supra n. 16.) quia si usum antiquum Ecclesiæ observemus, comperimus utique, non semper eisdem in Ecclesiâ Dei Ordines minores extitisse, sed aliquam in hac re fuisse varietatem.

Hanc autem varietatem probat: nam Laboratores (quos alii Fossarios appellant) multi Patres inter alios minores Ordines memorant. Similiter Cantores, ut satis patet ex supradictis. Præterea (inquit n. 19.) sunt duo alii Ordines minores nunc in Ecclesiâ, quos post tempora etiam Apostolorum multo tempore non fuisse distinctos, manifestè probatur. Ex quo palam fit, eos non fuisse à Christo, sed ab Ecclesiâ institutos.

Rogas; qui sunt illi Ordines? Primus est Acolythatus. Secundus Exorcistatus. Nam Acolythi primò meminerunt Cyprianus & Cornelius, qui ducentis & quinquaginta annis post Christum floruerunt. Porro de Exorcista dicit Clemens Rom. lib. 8. Constitut. c. 26. aliàs 32. *Exorcista non fit Ordinatione* (nempe Ecclesiastica & ab Episcopo) *certare enim pro premio Exorcista, libera voluntatis est.* Ecce optimam conjecturam ex auctoritate Patrum, propter quam Vasquez sequitur sententiam paucorum Theologorum, eamque vocat multò probabilisorem.

70. Sed ego hanc conjecturam satis frivolum existimo, & nimis levem, ut propter eam recedere debeamus à communi sententia Theologorum. Quippe quod ad Exorcistam attinet, certum est ex antecedentis, eum ab Ignatio, qui

fuit Apostolorum coætaneus nominatum fuisse. Porro Clemens Rom. loquitur de Exorcista, qui speciali dono pollebat ad expellendos demones, quod utique donum non conferebatur per Ordinationem, sed per specialem gratiam gratis datam, ut colligitur ex verbis subsequentibus: *Ac Dei gratia per Christum & adventum Spiritus sancti. Siquidem qui gratiam sanctorum accepit, per revelationem declaratur à Deo, cum gratia, quæ in eo est, omnibus est manifesta. Si verò necessitas postulet, ut fiat Episcopus, aut Presbyter, tunc ordinatur.*

Quocirca (inquit Vasquez supra n. 25.) noster Turrianus in eum locum rectè notat, hoc genus Exorcistæ non esse ex numero Ordinum, sed pendere ex gratia Dei: & ita in antiqua Ecclesiâ, cum hæc gratia sanctorum fidelibus conferebatur, non fuisse hunc Ordinem Exorcistarum; postea verò cum hoc donum cessaret, successit officium & Ordinem Exorcistarum, sicut cessante dono linguarum ex infusione Spiritus sancti, successit in Ecclesiâ peritiam linguarum ex studio. Hæc ille.

71. Quali verò ante donum linguarum ex infusione Spiritus sancti, immo & tempore istius doni, non fuisset peritiam linguarum ex studio. Quis hoc crediderit? Atque ut sic esset; num inde rectè inferitur: Ergo Exorcistatus, prout est Ordo, non fuit à Christo institutus? Minime; sed ad summum sequitur, Ecclesiam non ordinasse pro illo tempore aliquos Exorcistas; quia non erat ille Ordo pro tunc necessarius.

Probatur à simili; quia secundum Scotum 4. dist. 7. q. 1. n. 3. quamdiu mansit donum linguarum in Sacramento Confirmationis, quod fortè fuit toto tempore Apostolorum, Christus potuit dispensare cum Apostolis, & fortissimè dispensavit in materia & forma, quibus modo utitur Ecclesiâ. *Sed tamen, inquit, cessantibus talibus miraculis ministri debuerunt hanc materiam & hanc formam servare.* Num inde rectè sequitur: Ergo Ecclesiâ primò instituit illam materiam & formam, & non Christus? Ad summum sequitur; Ecclesiam pro illo tempore priori non fuisse usam materiam & formam, à Christo institutam, quia nondum erat necessaria.

72. Ex quo patet responsio ad ea, quæ de Acolytho dicit Vasquez, nimirum Ignatium & alios Patres, qui fuerant Apostolorum coætanei, non meminisse Acolythatus, quia pro tunc rariùs erat in usu, id est, Ecclesiâ pro tunc paucos Acolythos ordinaverat, quia, ut supra diximus cum Scoto, eorum ministerium propter paucitatem fidelium, non erat pro tunc oppidò necessarium.

Quin etiam dici posset, Clement. Rom. lib. 3. Constit. c. 11. Acolythos intellexisse nomine Ministrorum, quando ait: *Immo nec reliquis Clericis potestatem baptizandi facimus, ut Levitibus, Cantoribus, Lectoribus aut Ministris &c.*

68. Septem Ordines sunt vera Sacramenta.

69. Titulum argumentum Vasquez pro opposita sententia.

70. Rejicitur.

71. An ante gratiam sanctorum fuerit in Ecclesiâ Exorcistatus.

72. Quare Ignatius & alii PP non meminerint Acolythatus.

Clem Rom. videtur Acolythos intellexisse nomine Ministrorum.



Et infra: Neque Presbyteris potestatem damus ordinandi Diaconos aut Subdiaconos, aut Lectores, aut Ministros, aut Cantores, aut Janitores. Quippe Acolythus græcè, est sicut latinè Minister. Ita Averla hic q. 1. sect. 4.

Averla.

Fortasse etiam, inquit idem Auctor, alii ex Patribus Acolythos intellexerunt sub aliquo ex illis nominibus, quibus ministeria Ecclesiastica appellabant. Sicut Alcuinus lib. de divinis Officiis. cap. de Ecclesiastico Ordine testatur, Acolythum vocatum fuisse Obsequentem.

73. Occurrit objectioni, delumptæ ex auctoritate Simeonis Thessalonicensis.

Nec moveat quempiam auctoritas Simeonis Thessalonicensis, qui lib. 8. de Mysteriis Ecclesiæ (ut refert Turrianus in cap. 26. lib. 8. Constit. Clementis) id quodd nos tribuimus Acolythi, nempe præire Sacerdorem cum lampade, & ferre oblationes ad altare, & urceolum cum vino & aqua, Lectoribus adscribit, ex quo colligit Turrianus, in latina Ecclesia Ordinem Lectoris fuisse in duos Ordines divisum, & constitutum speciale Ordinem Acolythi.

Lector in defectum Acolythi potest facere ejus officium.

Hoc, dico, neminem movere debet; quia certum est, quod Lector illa possit facere in defectum Acolythi; unde ad summum inde sequitur, quod tunc in Ecclesia Græca nondum erant diversi Ministri instituti, seu in actu secundo ordinari pro illis ministeriis, sicuti indubiè quando scripsit Simeon Thessalonicensis, scilicet sæculo octavo, in Ecclesia Latina jam dudum instituti erant, ut patet ex testimoniis Cornelii, Cypriani, & aliorum.

Deinde librum istum octavum de mysteriis Ecclesiæ non invenio in Bibliotheca Patrum, ubi tamen reperio alia opuscula istius Simeonis; & in secundo opusculo, quod inscribitur de Mystagogia five Missa n. 23. sic lego: Post hæc veneranda dona (corpus scilicet & sanguis Christi) cum comitatu & pompa splendida circumferuntur, Lectoribus, Diaconis, Sacerdotibus cum lampadibus & sacris vasis præeuntibus & sequentibus.

Ubi non solis Lectoribus, sed etiam Diaconis & Sacerdotibus, adscribitur deportatio lampadis ante & post Venerabile Sacramentum in processione; ferre autem oblationes ad altare, & urceolum cum vino & aqua, nec uni, nec alteri.

Et verò, quia ibi non nominantur Subdiaconi, ideone tunc temporis in Ecclesia Græca nondum erat institutus Subdiaconatus? Ergo tamen non exprimentur Acolythi; quia fortè sub nomine Lectoris intelliguntur, non sequitur, quod tunc temporis nondum erant instituti.

74. Resp. ad aliud quod apud eundem Auctorem legitur.

Consimiliter responderetur ad aliud, quod in eodem libro octavo, ut refert Turrianus (fides sit penes ipsum, quia in opusculo, quod ego vidi, & jam citavi non habetur) dicit Simeon, videlicet, officium Ostiarii ab initio pertinuisse ad Subdiaconum: cum ergo in Ecclesia Latina fuerit diversus Ordo Ostiarii ab Ordine Hypo-

diaconi constitutus, signum manifestum est (inquit Vasquez supra n. 25.) ex sola institutione Ecclesiastica hunc Ordinem in Ecclesia Latina fuisse introductum & institutum, ac proinde non esse Sacramentum.

Respondetur, inquam, negando Consequentiam; quia ad summum sequitur, ipsam Ordinationem in actu secundo fuisse introductam in Ecclesia Latina ex sola institutione Ecclesiastica, id est, Ecclesiam Latinam ordinasse, ut per omnes illos Ordines ascenderetur ad gradum Presbyteratus, quod ex jure divino non erat necessarium, & ideo fortè aliquo tempore omissum tam in Ecclesia Latina, quam Græca.

Audite Cajum Papam in Epistola ad Felicem Episcopum circa finem: De Episcoporum vero & Presbyterorum, Diaconorum & Levitarum Clericorum Ordinationibus, sanctis Apostolorum & successores eorum, & præcipue Avactum, & præter alios, sufficienter statuisse cognoscimus; & illud non est necesse nunc replicari (aliàs, nos replicare) nisi quod illi non statuerunt. Illud tamen nos statueres, vobis & omnibus servare mandamus, ut ad Ordines Ecclesiasticos sic ascendant in Ecclesia, qui ordinari merentur, id est, si quis Episcopus esse meruerit primo Ostiarius, deinde Lector, postea Exorcista, inde sacretur Acolythus, demum vero Subdiaconus, inde Diaconus & postea Presbyter; & exinde promovetur Episcopus ordinetur.

Notat autem Baronius ad annum 296. n. 1. hujusmodi hierarchiæ Ordinem, tempore Apostolorum in Ecclesia stabiliter fuisse; adeoque Cæsi Decretum nihil aliud constituisse, quam quod ad thronum Episcopalem nemo promoveretur, nisi qui in singulis inferioribus Ordinibus debito ac consueto tempore ministrasset. Itaque Christus instituit omnes illos Ordines tamquam vera & propriè dicta Sacramenta, quàmvis reliquerit Ecclesiæ liberum, illa omnia Sacramenta administrare.

Sed, dicit aliquis; tempore Concilii Cathaginensis quarti, ut patet ex Canone sexto, materia Acolythatus, nempe candelabrum cum cereo extincto, & urceolus vacuus, ordinando tradebatur non ab Episcopo, sed ab Archidiacono. Verba autem, quæ sunt pro forma, proferebantur ab Episcopo: hoc autem manifestè est contra modum ministrandi Sacramentum divino jure institutum, sicut patet in Baptismo.

Hoc argumentum vocat Vasquez supra n. 23. efficacissimum. Sed apud me nullius est momenti; quia materiam, & formam Sacramenti Ordinationis, ut sequenti Sect. latè explicabitur, non determinavit Christus in individuo, licet materiam & formam Baptismi, sed illam determinationem reliquit Ecclesiæ. Potuit ergo Ecclesia determinare, & censetur aliquando determinasse pro materia, physicam, aut certe morealem porrectionem instrumentorum, qualis est porrectio, quæ ex jussu Episcopi fit per Archi-



Archidiaconum, sicuti si instrumenta essent posita in mensa, & Episcopus diceret ordinando: Accipe candelabrum &c.

Unde, quod bene notandum est, Concilium Florent. cum primò dixisset: *Presbyteratus traditur per calicis cum vino &c. porrectionem*; postmodum ait: *Et similiter de aliis (minoribus Ordinibus) per verum ad ministeria sua pertinentium assignationem*. Quis autem ambigat, Episcopum assignare instrumenta, quando illa porrigit per manum Archidiaconi? vel quando dicit: *Accipe candelabrum &c?*

Ac proinde tali casu, non Archidiaconus applicat materiam sed ipse Episcopus, cujus iussu instrumenta porriguntur ordinando; nam applicatio materię hic non est aliud, quàm assignatio seu ostensio instrumentorum, nisi amplius Ecclesia declaret, sicut jam videtur declarasse in Pontificali novo, edito iussu Clement. octavi, in quo prescribitur porrectio instrumentorum in omnibus Ordinibus immediate manibus ipsius Episcopi, & ita jam observatur.

Alioquin Sotus 4. dist. 24. q. 1. a. 3. vigit (inquit) olim usus, ut Archidiaconus tam Subdiacono, quàm Diacono; materiam præberet, & Episcopus proferret formam, ut loco citato dist. 25. ait S. Thomas. Hęc ille.

Sed ego in Divi Thomę loco citato, scilicet 4. dist. 25. q. 1. ad 2. hoc non invenio. Verba eius sunt: *Ad secundum dicendum; quod Archidiaconus est quasi Princeps ministerii, ideo omnia, quę ad ministerium pertinent, ipse tradit, sicut ceterum, quo Acolythus Diacono servit ante Evangelium ipsum portando, & viceversim, quo servit Subdiacono: & similiter dat Subdiacono ea, quibus Superioribus servit: & tamen in illis non consistit principaliter actus Subdiaconi, sed in hoc, quod operatur circa materiam Sacramenti; & ideo characterem accipit in hoc, quod datur ei calix ab Episcopo: sed Acolythus accipit characterem in verbis Episcopi in hoc, quod accipit prædicta ab Archidiacono, & magis in acceptione vicecoli, quàm candelabri; unde non sequitur, quod Archidiaconus Ordinem conferat. Ita Doctor Angelicus.*

Hinc si aliquis querat, quare Conc. Cathag. 4. potius traditionem aliquorum instrumentorum in Ordinatione Subdiaconi, & omnium in Ordinatione Acolythi commiserit Archidiacono; secus in aliis Ordinibus. Responderi posset ex D. Thoma; quia aliqua instrumenta Subdiaconi & omnia Acolythi pertinent ad ministerium superiorum Ordinum, cuius ministerii ipse est quasi Princeps, secus instrumenta aliorum Ordinum.

Quidquid sit de hoc; sufficit ad enervandum efficacissimum Argumentum Vasquezii, quod Christus reliquerit suę Ecclesię determinationem materię in individuo singulorum Ordinum; secus determinationem materię Baptismi. Interim ut omnis tolleretur dubitatio de

valore Sacramenti Acolythati, voluit Ecclesia; ut supra dixi, ut etiam instrumenta huius Ordinis, ab ipso Episcopo traderentur ordinando, prout etiam de facto traduntur.

Itaque quantum ad Exorcistatum & Acolythatum, credo satisfactum esse conjecturę Vasquezii; præsertim cum ipsemet disp. 238. n. 15. dicat, quàmvis in sacris Litteris nulla fiat expressa mentio Subdiaconorum, tamen credendum esse, tempore Apostolorum institutum jam à Christo hunc Ordinem fuisse; & tunc vel fuisse Subdiaconos in Ecclesia, licet eorum mentio non fiat in Scriptura, neque Patres dixerint, eo tempore eos ministrasse; vel certè aliquo tempore hoc ministerium omnium fuisse; quod necessarium non iudicaretur, propter paucitatem fidelium. Quid ergo mirum, si nos asseramus; propter eandem rationem omnium fuisse Acolythatum; & propter aliam rationem, supra allegatam, Exorcistatum?

Quod attinet ad Laboratores & Cantores, quos aliqui PP. enumerant inter minores Ordines; jam supra sufficienter responsum fuit, Patres enumerasse, non præcisè minores Ordines, qui possent esse Sacramentum Ordinis; sed officia Ecclesiastica tunc temporis magis usitata, præcendendo ab eo, quod essent veri, vel non veri Ordines; unde etiam aliquos veros Ordines non recensuerunt, eo quod vix essent in usu.

Omitto hic alia argumenta, quibus conantur Aliqui probare, minores Ordines non esse vera Sacramenta, utputà quod non habeant annexam obligationem recitandi ullum divinum officium, neque votum castitatis perpetuę. Præterea; quod non sint Ordines sacri, neque sit peccatum mortale, eorum officium in mortali exercere; hæc, inquam, omitto, quia factis ab ipso Vasquez supra n. 14. & 15. reprobantur: quippe non ideo dicitur Ordo aliquis sacer, quia est Sacramentum (quàmvis etiam propterea posset dici sacer, & sic etiam minores Ordines possent dici Ordines sacri) sed propter votum castitatis perpetuę annexum, secundum plures Doctores; vel, ut Alii, propter ministerium proximum altaris. Porro hoc votum non annectitur jure divino, uti nec obligatio recitandi divinum officium, sed solo jure humano; unde ergo probatur, quod vel hoc votum, vel illa obligatio sit necessaria ad hoc, ut Ordo aliquis sit verum Sacramentum?

Et ex quo convincitur, esse peccatum mortale, exercere aliquem actum in peccato mortali, ad quem actum exercendum per Sacramentum confertur specialis gratia? Gratis omnino illud asseritur; & ideo æquè facillè negatur, nisi intelligatur de tali actu, qui est consecratio alicujus Sacramenti, sicuti consecratio Eucharistię. Interim si vera Sacramenta sint, ut nos putamus, suscipiens ea, oportet sit in statu gratię, non minùs quàm ille, qui suscipit Con-

79. Subdiaconatus fuit institutus tempore Apostolorum, quàmvis Scriptura eius non meminerit;

Quare Laboratores & Cantores enumerantur inter minores Ordines;

80. Solvantur alia argumenta, quę videntur probare, minores Ordines non esse Sacramenta;

77. Hodie instrumenta Ordinationis debent porrigi immediate manibus Episcopi.

Suab.

D. Thomas.

78. Quare Conc. Cathag. 4. committit traditionem aliquorum instrumentorum in Ordinatione Subdiaconi, & omnium in Ordinatione Acolythi Archidiacono.



firmationem, Matrimonium, aut aliud quodcumque Sacramentum, ne alioquin Sacramentum frustreretur suo effectu, ut dictum est Disp. 1. Sect. 8. Conclus. 3.

81. Restat, ut dissolvamus argumenta, quibus Durandus 4. dist. 24. q. 2. n. 6. & sequentibus, conatur ostendere, nequidem Diaconatum, & Subdiaconatum esse vera Sacramenta, sed tantum Sacramentalia. Quod probat primò; quia quando plures actiones ordinantur ad unum spirituale effectum, ita quòd una attingit ipsum, aliæ verò solum disponunt, illa sola, quæ specialiter attingit, est Sacramentum; cæteræ verò sunt tantum Sacramentalia: sicut patet de Catechismo & Exorcismo respectu ablutiois sub determinata forma verborum: quia enim omnes istæ actiones ordinantur ad ablutiois peccati originalis, & ad hanc attingit sola ablutio, cæteræ verò solum disponunt: ideo sola ablutio est Sacramentum; exorcizatio autem & catechizatio sunt sacramentalia tantum: nunc est ita, quòd omnes Ordinationes ministrorum Ecclesiæ sunt principaliter propter Sacramentum Eucharistiæ conficiendum, & ministrandum: ad hoc autem attingit sola potestas Ordinis sacerdotalis: cæteræ verò solum disponunt, quædam à remotis, & aliæ de propinquo; ergo sola Ordinatio sacerdotalis est Sacramentum, cæteræ verò sunt sacramentalia tantum. Hæc ille.

82. Responso.

Respondeo; ideo Catechismus & Exorcismus non sunt Sacramenta, sed tantum sacramentalia; quia non causant ex opere operato gratiam sanctificantem; alioquin Baptismus non esset Sacramentum ablutiois, sed potius Catechismus & Exorcismus, ut patet. Quid simile reperitur in Diaconatu, & Subdiaconatu, ac cæteris Ordinibus? Quamvis enim propter excellentiam ministerii tam sancti Sacerdotii, id est, propter excellentiam consecrationis Corporis & Sanguinis Christi, consentaneum fuerit, quòd dignius & majori cum veneratione exerceri posset, ut in Ecclesiæ ordinatissimâ dispositione plures & diversi essent Ordines, qui Sacerdotio ex officio deservirent; tamen non ideo præcisè, quia deserviunt, sunt Sacramenta; sed quia causant gratiam sanctificantem ex opere operato.

Quare Sacerdotium sit Sacramentum.

Immo nec ipsum Sacerdotium Sacramentum est, quia confert potestatem consecrandi Corpus & Sanguinem Christi; sed quia ex opere operato causat gratiam sanctificantem.

Ideo autem Deus voluit Sacerdotium esse Sacramentum, seu conferre gratiam sanctificantem, & gratias actuales ex opere operato, ut ostenderet dignitatem istius potestatis, seu actualis ministerii, id est, consecrationis Corporis & Sanguinis Christi. Si enim non decet ad sacras illas functiones quempiam accedere, nisi sanctè, certè quòd magis sanctitas & divinitas Sacramenti Eucharistiæ viro Christiano comper-

ta est, eò diligentius cavere ille debet, ne oblique magna reverentia & sanctitate ad id conficiendum aut percipiendum accedat.

Et idcirco voluit Deus particulari Sacramento conferre gratiam sanctificantem & gratias actuales, ut tantò dignius, & sanctius Sacerdos ad conficiendum hoc Sacramentum accederet. Nec hoc tantum, sed etiam alios ministros inferiores simili Sacramento voluit iustificare, & conferre gratias actuales, ut homo dignius, & sanctius interserviret Sacerdoti, & per consequens suo modo concurreret ad augustissimum & dignissimum istud Sacramentum conficiendum.

Secundò argumentatur Durandus: sicut potestas, quæ datur in Baptismo, est ad suscipiendum Sacramenta, sic potestas Ordinis, ut est Sacramentum, est ad conficiendum vel conferendum ea; correspondent enim sibi invicem, sicut potentia activa & passiva; sed in Ordinibus sub Sacerdotio, non confertur aliqua potestas ad conficiendum vel conferendum Sacramenta; ergo nullus Ordo sub Sacerdotio est propriè Sacramentum.

Respondeo; nec Baptismus est Sacramentum, quia per ipsum datur potestas suscipiendi alia Sacramenta; neque Ordo, quia per eum datur potestas conficiendi Sacramenta; sed quia tam Baptismus, quam Ordo conferunt gratiam sanctificantem ex opere operato, necessarium est dignè alia Sacramenta suscipienda, & conficienda. Ordines autem sub Sacerdotio, licet non conferant gratiam ad alia Sacramenta suscipienda aut conficienda, conferunt tamen gratiam ad dignè assistendum & ministrandum Sacerdoti; conficiunt Sacramentum Eucharistiæ.

Et verò non esse de ratione Sacramenti quòd conferat gratiam ad dignè suscipiendum, aut conficiendum Sacramentum; patet manifestè in Sacramento Confirmationis, quòd confert gratiam, immo imprimi characterem, non ad suscipiendum, aut conficiendum aliquid Sacramentum; sed ad fortiter confitendam veram fidem coram Tyranno. Cur ergo inferiores Ordines non possint esse vera Sacramenta, & imprimere characterem, ad dignè ministrandum Sacerdoti; est non deat potestatem conficiendi, aut conferendi aliquid Sacramentum?

Atque ex eodem Sacramento Confirmationis, solvitur tertium Argumentum Durandi, sequentis tenoris: In Ordinatione Sacerdotis confertur potestas, vel deputatio, per quam ordinatus potest aliquid facere, quòd non poterat prius, etiam quoad genus facti: sicut ordinatus in Sacerdotem, potest conficere Corpus Domini, & absolvere in foro penitentis, quòd non poterat ante Ordinationem: sed in Ordinibus inferioribus Sacerdotio, nulla potestas vel deputatio confertur ordinato, per quam possit aliquid facere interius vel exterius, quòd non



non poterat prius : sed solum per quam licet facere, quod non licebat prius : ergo cum potestas sit ad posse, & non ad licere, potestas quae confertur in aliis Ordinibus à Sacerdotio, non est potestas simpliciter, sed secundum quid : nec illi Ordines sunt Ordines simpliciter, cum Ordo sit signaculum Ecclesiae, mediante quo spiritualis potestas traditur ordinato ; quare nec sunt Sacramenta simpliciter, sed secundum quid, sive quaedam Sacramentalia. Hæc ille.

85. Responsio

Respondeo : omnes Ordines esse simpliciter Ordines, prout à Concilio Tridentino appellantur, licet inter eos aliqui sint majores Ordines, aliqui minores, & inter majores principalior sit Sacerdotium ; hoc tamen non obstat, quin omnes simpliciter possint esse Sacramenta, estò potestas, quam aliqui conferunt non sit simpliciter potestas, sed secundum quid, scilicet ad bene vel melius esse ; hoc enim probatum oportuit, non suppositum, quòd Ordo non possit esse Sacramentum, nisi conferat potestatem simpliciter, id est, potestatem ad aliquid validè faciendum, quod antea non poterat validè fieri.

Confirmatio est verum Sacramentum tamen non conferat hanc potestatem nisi quod vult fieri facientem.

Constat sanè Confirmationem esse verum Sacramentum, conferre gratiam, & imprimere characterem, tamen non conferat potestatem validè faciendi, quod antea non poterat validè fieri ; nam protestatio & Confessio fidei non solum validè, sed etiam licitè fieri potest à non confirmato, sicut à confirmato ; habet tamen confirmatus, ratione Sacramenti & characteris, majorem gratiæ promissionem ad id præstandum. Ergo similiter hic fieri potuit, & factum est probabilius, ut initiati etiam minoribus Ordinibus, etsi sine illis licitè & validè possent eadem munia exercere ; ratione tamen Sacramenti & characteris, haberent majorem gratiæ promissionem, ad id dignè præstandum.

86. Obiectio

Si dixeris ; in Confirmatione non intenditur principaliter potestas aliqua ad constituendam fidem, sed potius robor ad illud faciendum, quod antea fieri poterat, secus autem in Sacramento Ordinis, in quo principaliter intenditur potestas spiritualis ; ac proinde non videtur esse Sacramentum Ordinis, in quo non datur illa potestas. Cum ergo per solum Sacerdotium detur illa potestas, liquet quia illud solum erit verum & propriè dictum Sacramentum.

Solutio

Respondeo ; Scotus, ut vidimus supra in 2. Concl. reprobat illam definitionem Ordinis : Signaculum Ecclesiae, mediante quo spiritualis potestas traditur ordinato, & putat melius definiri : Gradum præminentem &c. Talis autem gradus sunt omnes Ordines, etiam minores, estò per illos non detur aliqua potestas ad aliquid validè faciendum, quod antea non poterat validè fieri. Sicut nec datur per Diaconatum aut Subdiaconatum. Igitur illa præminentia est principale intentum Sacramenti Ordinis, quæ subinde habet annexam potestatem simpliciter ; fre-

quentius autem solum potestatem secundum quid ; voluit autem Deus dare gratiam ex opere operato, non solum ad exercitium potestatis simpliciter, sed etiam ad exercitium potestatis secundum quid.

Quæris unde hoc sciam ; aut certè probabiliter judicem ? Respondeo : ex Conciliis Florentino & Tridentino ; & communi auctoritate Theologorum, sic sentientium. Et quidem hanc auctoritatem nemo audet negare ; ego autem miror, quòd Aliqui audeant citare Magist. pro opposita parte ; nam postquam explicavit singulos Ordines tam majores ; quàm minores subjungit : Si autem queritur, quid sit, quod hic vocatur Ordo ? Sanè dici potest, signaculum esse, id est, sacrum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato, & officium. Character ergo spiritualis, ubi sit promotio potestatis, Ordo vel gradus vocatur. Et dicuntur hi Ordines Sacramenta, quia in eorum perceptione res sacra, id est, gratia confertur, quam figurant ea, quæ ibi geruntur. Quid clarius dici poterat ? Arguere autem eum contradictionis in paucis lineis, videtur injuriosum tanto viro.

87. Unde colligatur Deum dare gratiam ex opere operato ad exercitium potestatis secundum quid.

Magistrum sequuntur D. Thomas D. Bonav. Scotus, & ut dixi, plerique Theologorum, propter quorum solam auctoritatem Vasquez admittit, Subdiaconatum esse verum Sacramentum supra disp. 238. n. 13. dicens : de Subdiaconatu ingenuè fateor, nos non habere tam firmum fundamentum, quàm pro Diaconatu, ut idem de illo asseramus ; illud tamen sufficit nobis, quòd nulla ratio efficax sit ad probandum non esse Sacramentum, & communis opinio Scholæ sit, Sacramentum esse. Hæc ille.

88. Vasquez admittit Subdiaconatum esse Sacramentum, propter solam auctoritatem Theologorum.

Equidem eodem fundamento idem potuisset dicere de minoribus Ordinibus ; quia communis opinio Scholæ est, quòd sint Sacramenta, & nulla ratio efficax est ad probandum ( ut patet ex dictis ) quòd non sint Sacramenta.

Quin ex duobus Conciliis Generalibus probantur esse Sacramenta. Primum sic Concilium Florentinum in decret. Eugenii, ibi : Sextum Sacramentum est Ordinis, cuius materia est illud, per cuius traditionem confertur Ordo, sicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patena cum pane porrectionem, Diaconatus vero per libri Evangeliorum dationem, Subdiaconatus vero per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem : & similiter de aliis per rerum ad ministeria sua pertinentium assignationem. Forma Sacerdotii talis est : Accipe potestatem &c. & sic de aliorum Ordinum formis &c.

89. Probatur enim Florent. minores Ordines esse Sacramenta.

Ubi sub Sacramento Ordinis, ut plus quàm meridianum est, comprehendit non solum Diaconatum & Subdiaconatum, sed etiam omnes minores Ordines supra assignatos ; & eodem modo loquitur de eorum materia, & forma. Quæ ergo est ratio dicendi, vel quod signum colligendi, Concilium potius voluisse definire unum Ordinem esse Sacramentum, quàm alium ? Cumque Concilium ibi tradat Armenis Eccle-



fiasticorum Sacramentorum veritatem, ipsique indubie de Ordinibus generaliter, prout verba sonabant, hanc veritatem intellecturi essent, nonne magnum commisisset errorem, si unum Ordinem voluisset definire Sacramentum, & non alium? Sic Aliqui discurrunt.

90. Eadem veritas probatur ex Trident. Confimiliter Tridentium, postquam sess. 23. cap. 2. enumerasset omnes Ordines, tam majores, quam minores, cap. 3. generaliter docet: *Ordinem esse verè & propriè unum ex septem sanctæ Ecclesiæ Sacramentis*, non distinguens inter Sacerdotium, & alios Ordines, nisi quod exempli causâ, & quia aliud convenientius Scripturæ testimonium non extabat ad probandum suam doctrinam, adferat verba Apostoli

2. Timoth. 1. v. 6. *Admoneo te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Quæ communiter intelliguntur de Ordinatione Timothei in Episcopum, aut certè in Sacerdotem. Sed, sicut dixi, exempli causâ id facit Concilium, quia de aliis Ordinibus non extat testimonium Scripturæ, nisi fortè de Diaconatu, quod tamen adhuc incertum est.

91. Confirmatur. Præterea idem Concilium, postquam eadem sess. can. 2. definiuisset, præter Sacerdotium esse in Ecclesia Catholica alios Ordines, & majores, & minores, per quos, velut per gradus quosdam in Sacerdotium tendatur, nullâ factâ distinctione inter Ordines majores & minores, can. 3. ait: *Siquis dixerit, Ordinem sive sacram Ordinationem non esse verè & propriè Sacramentum &c. anathema sit.*

Ubi ly *Sacram Ordinationem*, non addidit, ut restringeret seu limitaret hoc Sacramentum ad tres majores Ordines, qui sacri vocantur; alioquin dicere debuisset: *Sacros Ordines*; sed dixit: *Ordinationem*, ut denotaret, Sacramentum Ordinis non consistere in ea potestate, quæ censetur manere in ordinatis, sed in actione; quam vocat, *Sacram*, ad distinctionem illius deputationis quasi politicæ, quam hæretici, contra quos ibi agebat, constituunt, quo sensu etiam Ordinatio Acolythy &c. est actio sacra.

92. Confirmatur. Accedat can. 4. *Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum; ac proinde frustra à Episcopis dicere: Accipe Spiritum sanctum; aut per eam non imprimi charactèrem; vel eum qui Sacerdos semel fuit, laicum rursus fieri posse; anathema sit.*

Ubi rursum nullam facit distinctionem inter majores & minores Ordines, nisi quod subdat exemplum Ordinationis, in qua Episcopus dicit: *Accipe Spiritum sanctum*, eò quod verba illa expressissimè significant collationem gratiæ sanctificantis, quæ est proprius effectus Sacramenti novæ Legis.

Prout etiam exempli causâ addit: *Vel eum, qui Sacerdos est &c.* quia hoc asserbant hæretici, parùm curantes de aliis Ordinibus, dummodo ipsis concederetur, qui semel Sacerdos fuit, laicum fieri posse.

Sed quid ad hæc Adversarii? Valquez supra disp. 237. n. 39. & 40. hæc testimonia, loquens parùm momenti habent, nam institutum Eugenii & Concilii Tridentini non fuit, hanc controversiam Scholæ de Ordinibus minoribus definire, cum hæc definitio neque Græcis necessaria esset, quæ illusioque non fuerat etiam Latinis; neque Ecclesiæ Dei, in qua cum hæreticis de hac re nulla fuerat controversia, sed tantùm in Schola inter Catholicos aliqua fuerat opinionum varietas, circa quam, definitionem aliquam edere, neque Eugenii neque Tridentini institutum postulabat.

Solum igitur prædicta definitio, quod attinet ad rationem Sacramenti, de Ordine in universum accipiendâ est: quæ quidem Catholica doctrina contra hæreticos, etiam nostri temporis necessaria fuit: signare autem materiam & formam pro singulis, etiam Minoribus, prout in Pontificali Romano continebatur, necessarium etiam visum est Eugenio, ut per unionem Græcorum, Armenorum, & Latinorum, usum eorum in Ecclesiam Armenicam & Græcam, quæ ut supra diximus, Acolythyrum Ordinem non habent, & ut secundum ritum Latinorum ceteros omnes introduceret, & si fortè in collatione eorum aliquis abutitur inoleverat, tolleretur.

Porro cum hoc nostro sæculo hæretici non pauci negaverint hos Ordines minores, vel alios quos eorum, & Ordinem Exorcistæ irritandum duxerint, necessarium fuit, Concilium Tridentinum eos singulatim in eo cap. 1. recensere, & in can. 2. contrarium errorem damnare: cumque datâ operâ neque in eo, & neque in can. 2. quidquam dixerit de his quatuor Ordinibus, quod pertinet ad rationem Sacramenti, sed in 3. cap. & in can. 3. de ipsorum Ordinatione in universum definiuisset, esse Sacramentum, consulto quidem à definitione de quatuor Minoribus, quod attinet ad rationem Sacramenti, abstulit, quod ad fidem nimè pertinere putaret. Hæc ille.

Et continuo atexit: Porro nullum fundamentum habere potuisse Concilium, ut definiret hos quatuor minores Ordines esse Sacramenta, ex ipso etiam manifestè conuincitur nam can. 6. solum damnat eos, qui dixerint, non esse in Ecclesia Dei hierarchiam divinam ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, & Ministris: per Ministros intelligens Diaconos; ceteros autem Ordines collato prætermisisse non dubito, quod nullum firmum fundamentum haberet ad damnandum eos, qui dicerent, hierarchiam ex eis non consistere divino jure. Hoc usque Valquez.

Sed, ut ab ultimo incipiamus, hoc argumentum nullo nititur fundamento; immo ex eo loco ut supra vidimus, desumitur valde efficax argumentum pro nostra sententia. Cum enim Concilium cap. 2. per *Ministros Ordines* intel-



lexerit omnes sex Ordines, quo fundamento dicitur, in can. 6. per vocem illam, *Ministris*, solum intelligi Diaconos? Unde debuisset Vasquez adferre valde efficac fundamentum positivum pro ea æquivoca usurpatione vocis illius.

*Arriaga.* Nam dicere (inquit Arriaga disp. 55. n. 10.) Ego non dubito, nullo modo sufficit; nos enim majori sanè jure dicimus: Nos non dubitamus, quin idem intellexerit Concilium in utroque loco per illam eandem vocem, cum nec minimum signum posuerit, ex quo colligatur ejus limitatio. Et sanè nemo potest dubitare, magis esse fundatam hanc nostram non dubitationem, quam illa sit. Ita hic Auctor, tenens nobiscum communem sententiam.

*96.* Sed numquid ideo definiuit, omnes Ordines esse vera Sacramenta? Minimè; alioquin fidei esset Episcopatum, qui ibi expressissimè nominatur, esse verum Sacramentum, distinctum à Sacerdotio, quod tamen falsum est; licet fidei sit, quod in Ecclesia ordinatione divina sit institutus. Deinde fidei est, Papatum divinam ordinatione in Ecclesia esse institutum; & tamen certum est, non esse Sacramentum distinctum à Sacerdotio.

Non est ergo quod miretur Vasquez disp. 238. n. 10. viris, non vulgariter doctos, aut Decretum Concilii Tridentini sess. 23. can. 6. non legisse, aut planè non intellexisse. Loquitur de illis, qui negant, Diaconatum esse Sacramentum. Noli mirari Vasquez, legerunt, & planè intellexerunt, aliquid posse divinam ordinatione institui in Ecclesia, quod non est verum Sacramentum, id est, signum efficac gratiæ sanctificantis, & ideo potuisse Diaconatum & Subdiaconatum, institutum divinam ordinatione in Ecclesia, non esse verum & propriè Sacramentum.

*97.* Venio ad primam solutionem Vasquezii, quæ etiam non satisfacit; etenim Eugenius ibi non solum puncta cum hæreticis controversa definiuit, sed voluit generalem de omnibus Sacramentis doctrinam tradere, ut patet ex his verbis Eugenii: *Quintò, Ecclesiasticorum Sacramentorum veritatem pro ipsorum Armenorum tam presentium, quam futurorum faciliiori doctrinà, sub hæc brevissima redigimus formula.*

Postulabant quippe Armeni integram plenamque instructionem in rebus maximè pertinentibus ad fidem; non est ergo verisimile, Concilium istà fuisse usum æquivocatione, & eodem tenore verborum tradidisse ea, quæ sunt

Fide certa, & quæ sunt incerta, cum enim Armeni non possent inter illa distinguere, declinet ipsis magnam occasionem erroris, vel credendi Fide divinam, quæ non sunt credenda; aut certè non credendi, quæ sunt credenda.

Quantum ad Concilium Tridentinum, jam tunc hæretici aliqui negabant, minores Ordines esse Sacramenta; ut evidentissimè ostendo, ex Calvino lib. 4. institut. cap. 19. n. 27. ibi: Tandem corruptione sæculi cum præca omnia instituta vel inversa forent, vel in superstitionem degenerassent, quia in rasura clericali nihil cernebant causa (neque enim quidquam retinuerant præter stultam imitationem) ad mysterium confugerunt: quod nunc superstiosè nobis obrudunt pro Sacramenti sui approbatione. Osiatru in consecratione claves templi accipiunt, quo sibi mandari custodiam intelligant. Lectores sacra Biblia, Exorcista formulas Exorcismorum, quibus super emergentes & catechumenos utantur. Acolybi cereos & urceolum. En ceremonie, quibus (si Deo placet) tantum inest arcana virtutis, ut esse possint gratiæ invisibilis, non modo signa ac tessera, sed etiam cause. Hæc enim secundum suam definitionem postulant, quàm inter Sacramenta haberi volunt. Verùm, ut paucis absolvam, dico, absurdum esse, quòd in Scholis & Canonibus minores istos Ordines Sacramenta faciunt: quando, eorum etiã, qui hoc tradunt, confessio, primitive Ecclesiæ incogniti fuerunt, & multis postea annis excogitari. Sacramenta autem quàm Dei promissionem contineant, neque ab Angelis, neque ab hominibus, sed à solo Deo institui debent, cuius unius est promissionem dare.

Quomodo luculentius posset quis negare, minores Ordines esse Sacramenta? Ergo tempore Concilii Tridentini erat controversia cum hæreticis, an minores Ordines essent vera Sacramenta. Quidni ergo Concilium Tridentinum contra eos definiuit, Ordines minores non solum à principio Ecclesiæ fuisse, quod ibidem negat Calvinus, sed etiam fuisse, & esse vera Sacramenta? Atque ut non definiere, certè nemò negare potest, satis probabiliter ex eo colligi, uti etiam ex Concilio Florentino; adeoque accedente communi auctoritate Doctorum, & sanctorum virorum, censéo nullatenus ab illa sententia esse recedendum.

Cæterum si minores Ordines sunt vera Sacramenta, potiori jure Subdiaconatus, & Diaconatus, ut nullus inficiabitur. Estò siquidem in Scriptura non fieret mentio Diaconi, nisi in ordine ad ministerium mensæ, ut Aliqui volunt, certè ex Traditione & usu Ecclesiæ constat liquidò ministerium altaris.

Ignatius ad Trall. Oporret, inquit, & Didanos ministeriorum Christi ministros per omnia placere, nec enim ciborum & potuum ministri sunt, sed Ecclesiæ Dei administratores &c. Et Anacletus Papa Epistola 1. c. 2. ibi: Episcopus Deo sacrificans testes (ut præfixum est) secum habeat, & plures, quàm alius Sacerdos, sicut enim maioris honoris gradu fruitur, sic maioris testimonii incremento indiget. In

98. Tempore Trid. aliqui hæretici negabant minores Ordines esse Sacramenta.

99. Ex traditione & usu constat Diaconis fuisse commissum ministerium altaris.

Ignatius.

Anacletus.



solemnioribus quippe diebus aut septem, aut quinque, aut tres Diaconos, qui eius oculi dicuntur, & Subdiaconos, atque reliquos ministros secum habeat, qui sacris induti vestimentis in fronte & a tergo, & Presbyteri à regione dextra, levâq; contrito corde & humiliato spiritu ac prono stent vultu, castodientes eum à malevolis hominibus, & consensum eius præbeant Sacrificio.

100. Explicatur aliqua verba Anacleti Pape, in quibus videtur negare Diaconatum &c. esse veros Ordines.

Quando ergo idem Pontifex Epist. 3. c. 1. ait: Sacerdosum Ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Et c. 2. Amplius quàm isti duo Ordines Sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt; non negat Diaconatum, Subdiaconatum, Acolythum &c. esse veros Ordines, sed negat esse plures Ordines Sacerdotum, quàm isti duo, scilicet Episcopatus & Presbyteratus, ut patet ex contextu: Scitis, inquit, à Domino Apostolos esse electos & constitutos, & postea per diversas Provincias ad predicandum dispersos. Cùm verò messis crepisset crescere, videns paucos esse operarios, ad eorum adiumentum septuaginta duos eligi præcepit discipulos. Episcopi verò Domini Apostolorum; Presbyteri quoque septuaginta duorum discipulorum locum tenent.

101. Duplex obiectio contra Subdiaconatum & minores Ordines.

Aliqui hic obijciunt contra Ordinem Subdiaconatus (& eadem est obiectio contra minores Ordines) quòd non conferatur per manuum impositionem. Item, quòd olim conferebatur à Chorepiscopis qui non erant veri Episcopi; ut patet ex can. 10. Concilii Antiocheni. Sed neutra obiectio est alicujus momenti.

Solvitur prima.

Fatemur omnino, Subdiaconatum non conferri per manuum impositionem, ut nec minores Ordines: sed ubi scriptum est, quòd solus Ordo, qui conferatur per manuum impositionem, sit verus Ordo, & verum Sacramentum? Vocetur Sacramentum Ordinis, vocetur, inquam, Sacramentum impositionis manuum, quid tum? Ad hoc sufficit, quòd principaliores Ordines, Episcopatus, Sacerdotium & Diaconatus conferantur per manuum impositionem.

Alia solutio ex Doctore Seraphico.

Aliter respondet Doctor Seraphicus 4. dist. 24. p. 2. a. 1. q. 4. Ad illud, inquit, quòd obijciatur de manuum impositione, quòd non reperitur in omnibus, ratio iam dicta est (putà, quia non in omnibus datur potestas æquè nobilis & excellens) reperitur tamen aliquid simile, quia collatio alicuius instrumenti, in quo est protensio manus, & fit signatio collationis potestatis.

102. Solvitur secunda.

Ad secundam objectionem, Respondeo primò; Episcopum esse ministrum ordinarium, ex commissione, etiam simplicem Sacerdotem, ut suo loco videbimus.

Alia solutio.

Respondeo secundò; illos Chorepiscopos verosimiliter, secundum Multorum opinionem, fuisse veros Episcopos, ut ostenditur ex Can. citato Concilii Antiocheni, sequentis tenoris: Qui in vicis vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sint, tamen sancta

Synodo placuit, ut modum proprium recognoscant, et gubernent sibi subditas Ecclesias, earumque nomine curaque contenti sint. Ordinem etiam Levitarum & Subdiaconos atque Exorcistas, quibus promittuntur iste sufficiant. Nec Presbyterum verò, nec Diaconum audeant ordinare præter civitatis Episcopum, cuius cum possessione subiectus est. Plura de Chorepiscopis alibi, hic illa sufficiunt pro solutione objectionis.

Addo aliam objectionem, delumptam ex septenario numero Sacramentorum nove legis, cui videtur repugnare multiplicitas Sacramentum Ordinis, jam explicata. Sed non repugnat alioquin etiam multiplicitas Eucharistie, quoniam tamen nemo diffidet, eidem numero repugnaret, quòd constat esse falsum.

Respondet ergo ad hanc objectionem Doctor Seraphicus suprâ p. 1. a. 2. q. 4. in corpore. Dicendum; quòd Sacramentum Ordinis unum est, multas tamen habet partes, quæ Sacramentum non plurificant, pro eo, quòd non sunt omnino participative, & tamen recipiunt predicationem veritatis, quia naturam habent quodammodo partium substantiarum: & tales sunt partes potestativa. Quæ nempe competunt Ordini, tum, quæ Ordo dicitur ordinata potestas, quæ ex ordinatione multorum ad unum redditur perfecta; & quolibet illorum participatio rationem potestatis, licet non perfectè: tum etiam, quæ Ordo concernit distinctionem in partibus, sicut & numerus. Unde quemadmodum partes numeri quodammodo habent naturam partium integritatem in eis, quòd simul convenientes per Ordinem, reddunt unum perfectum, ut partes senarii constituent senarium, & tamen qualibet pars numeri est numerus; sic omnes gradus Ordinis unum faciunt Sacramentum perfectum: & tamen qualibet gradus Ordo dicitur perfectum.

Eadem videtur responsio Doctoris Angelici tertiâ parte in suppl. q. 37. a. 1. ad 2. Dicendum, inquit, quòd distinctio Ordinis non est totius integralis in partes, neque totius universalis: sed totius potentialis, cuius hæc est natura, quòd totum facilius completam rationem est in uno, in alio autem aliqua participatio ipsius, & ita est hic: tota est plenitudo Sacramenti unus est in uno Ordine, sicut Sacerdotio: sed in aliis est quedam participatio Ordinis.

Sed hæc responsio non placet Vasquezio, quia ex ea videtur sequi, solum Sacramentum esse simpliciter Sacramentum; reliquos autem Ordines solum esse Sacramenta & Ordines secundum quid; sicut Religio, quæ est potestativa iustitiæ, non est verè & proprie potestativa iustitiæ. Ideo mavult dicere cum Doctore Subtili Sacramentum Ordinis unum esse, non unitate speciei, sed generis.

Subscribo verba Scoti 4. dist. 24. q. unâ n. 10. Sed tunc de quarto, qualiter est Sacramentum Ordinis unum, Respondeo, unitate generis proprii, sicut virtutes morales dicuntur esse tres secundum generis, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, & in prima divisione virtutis moralis hæc primò occurrunt, tamen



in speciali qualibet istarum ulterius dividitur, ut dictum est lib. 3. dist. 36. q. unica.

Et n. 11. ad primum Argumentum, quod erat: Quia tunc in Ecclesia essent tredecim Sacramenta, quia præter Sacramentum Ordinis sunt alia sex. Respondet Doctor. Quod in divisione illa primaria Sacramenti, in septem, Ordo, vel magis Ordinatio est ibi tantum unum membrum, licet possit ulterius dividi in quædam specialia contenta sub ipso: quia illa prima divisio non est in species specialissimas, sed in quædam propinquius contenta sub ipso.

106. Objectio. Solvitur. Ariaga.

Si obijcias; alia Sacramenta accipiuntur secundum species infimas in illa divisione; ergo etiam Ordo debet secundum illas accipi.

Respondet Ariaga disp. 55. n. 26. disparitatem esse manifestam; nam alia, inquit, Sacramenta nullo modo ordinantur ad unum quid, ratione cuius respectus debeant explicari sub uno termino generico; & debeant dici unum Sacramentum, uti omnes Ordines explicantur: alia enim Sacramenta inter se, & respectu huius ordinis habent se quasi disparatè; at Ordines destinantur omnes ad constituendum ministrum Sacramenti Altaris, ac proinde comprehendendi debent sub uno termino. Hæc ille.

Et consimiliter; quia species panis & vini ordinantur ad unum integrum convivium, tamen si constituantur Sacramenta specie distincta, æquidem comprehenduntur sub uno termino & componunt unum Sacramentum ex illis septem, scilicet Sacramentum Eucharistiæ, quod licet unum sit unitate integritatis, non tamen unitate indivisibilitatis; ut suo loco diximus. Idemque verum in Sacramento Extremæ Unctionis, si verum est (quod puto) singulas unctiones conferre singulas gratias sanctificantes.

107. Alia unitas inter Ordines ex Scoto.

Finio hanc Conclusionem verbis Scoti supra n. 10. Est etiam alia unitas inter Ordines: congruum est enim prius recipere Ordinem inferiorem, quam superiorem; nec tamen ille ordo est simpliciter necessarius, ita quod si prætermittatur, nihil sit, ut apparet extrâ de Clerico per saltum promotò, ubi habetur, quod non est iterandum, quod est factum: sed quod fuit prætermittissimum, cautè est supplendum; & per consequens non nihil sit in collatione Ordinis superioris, est non fuerit Ordo inferior prius collatus, ista tamen unitas ordinis, non est illa, propter quam Ordo vel Ordinatio est unum Sacramentum, sed magis unitas prior, scilicet generis.

Sacramentum Ordinis unum est unitate generis aut subordinatioms.

Igitur Sacramentum Ordinis unum est, non unitate indivisibilitatis, sed unitate generis, aut etiam subordinatioms ad unicum principalem finem, scilicet Eucharistiã. Et per consequens character Ordinis unus est, non unitate indivisibilitatis, sed unitate generis, aut etiam subordinatioms ad unicum principalem finem, scilicet Eucharistiã. De quo utriusque character instituitur

CONCLUSIO VI.

Singuli Ordines imprimunt proprios characteres, tamen subordinatos, saltem accidentaliter.

Sacramentum Ordinis imprimere characterem, docet Concilium Florentinum in Decreto Eugenii hisce verbis: Inter hæc Sacramenta tria sunt Baptismus, Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, id est, spirituale quoddam signum & characteris distinctivum imprimunt in anima indelebile, unde in eadem persona non reiterantur.

108. Sacramentum Ordinis imprimunt characterem, ex Conc. Florent.

Et definit Concilium Tridentinum sess. 7. de Sacramentis in genere can. 9. Si quis dixerit, in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est, signum aliquod spirituale & indelebile, unde reiterari non possunt; anathema sit.

& Tridentis

Rursumque sess. 23. can. 4. Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari spiritum sanctum &c. aut per eam non imprimi characterem &c. anathema sit.

109.

Si ergo singuli Ordines tam majores, quam minores, sunt singula seu distincta, non tantum numero, sed etiam specie Sacramenta, quidam proprios imprimunt characteres? Ita planè docet Scotus supra n. 11. ad secundum Argumentum, quod hic subjungo claritatis gratiã: Quilibet Ordo habet characterem sibi proprium; ergo illis septem responderent septem characteres; consequens est falsum; quia aut illi essent eiusdem speciei, quod est falsum, quia plura accidentia eiusdem speciei non possunt esse simul & semel in eodem subiecto ex 1. Metaph. aut alterius speciei; & hoc videtur inconveniens, quia in speciebus est essentialis nobilitas maior & minor: & sic non videretur assignari posse essentialis excellentia in istis characteribus.

Singuli Ordines imprimunt proprios characteres ex Scoto.

Respondet Scotus: Concedo plures esse characteres, & probabilius quod alterius speciei, ut apparet ex actibus, ad quos isti gradus disponunt, qui gradus vel sunt character, vel habent proprios characteres necessariò correspondentes. Cùm arguitur de illa excellentia specifica, potest concedi, quod eo modo, quo characteres sunt entia, habent talem excellentiam. Si etiam ponerentur eiusdem speciei, illa improbatò, quod tunc non essent simul, non concluderet; illa enim propositio non est vera de relationibus etiam realibus; & sicut dictum est supra dist. 6. q. 10. characterem non oportet ponere formam absolutam. Hæc Scotus.

110. Eadem est sententia Doct. Seraphici.

Doctor autem Seraphicus ita discurret supra p. 2. a. 1. q. 1. in corp. Dicendum; quod Aliqui voluerunt dicere, quod character in solo Ordine sacerdotali imprimatur, sed in Ordinibus inferioribus solum disponitur quis ad talis characteris susceptionem. Nam propter suam nobilitatem de congruo exigit

R r r Ordines



Ordines inferiores habere previos. Sed cum Ordines inferiores, saltem sacri, sint de perfectione Sacramenti, & in his fiat segregatio perpetua Clericorum à laicis; non videtur in solo Sacerdotio character imprimi.

Et ideo dixerunt Alii; quod character imprimatur in omnibus Ordinibus sacris, sed non in minoribus. Et huius signum est, quia isti non possunt laicis committeri, alii vero sic. Sed cum nullus Ordo iterari possit, & quilibet habeat aliquid de ratione Sacramenti, videtur quod in quolibet sit aliquid, quod habet rationem rei & signi, & rationem signaculi perpetui: hoc autem characterem dicimus. Non igitur videtur, quod in illis solis imprimatur.

Et ideo est opinio probabilior, quod in omnibus Ordinibus character imprimatur, sicut rationes expressè ostendant. Cum enim character sit signaculum distinctivum & perpetuum & Christo configurativum, & hoc est in omnibus Ordinibus reperire, non est dubitandum, characterem in omnibus imprimi.

111. Objectio.

Si dixeris; character est signaculum spirituale; ergo in illis solis imprimatur, in quibus datur potestas nova & spiritualis: sed potestas Ordinum inferiorum est corporalis, ut aperire ostium sive custodire, Prophetias dicere, candelabra deferre; ergo in his nullo modo imprimatur character.

Solvitur ex D. Bonav.

Respondet D. Bonaventura supra ad 1. Quod in omnibus Ordinibus datur potestas, vel spiritualis de se, vel ad spirituales ordinans. Unde potestas Ostiarii est ad admittendum homines ad divinum Sacrificium; potestas Lectoris non solum ad excitandum auditum exteriorem, verum etiam interiorem: & sic de aliis.

112.

Quomodo characteres minorum Ordinum sint configurativi Christo ex eodem Doctore.

Rogas à me, quomodo etiam minores Ordines, seu characteres eorum, sint configurativi Christo? Respondeo cum eodem sancto Doctore supra ad 2. Cum Christus triplex habuerit officium, scilicet ministri in agendo, pugilis in patiendi, redemptoris in moriendo, ideo triplex fuit Sacramentum, secundum quod homo configuratur his tribus modis: unde tantum triplex est Sacramentum, in quo sit characteris impressio. Nam Baptismus configurat morienti & redimenti; unde in ipso conspescitur homo in mortem. Confirmatio configurat patienti, & pugnanti: ideo signum crucis fit in media fronte; sed Ordo configurat ministranti & operanti sicut rectè in littera ostenditur: & quia in omnibus configuratur quis Christo secundum plus & minus, ideo in omnibus character imprimitur.

113.

Alia objectio, & solutio Doct. Seraphici.

Si rursum objicias; character est signaculum indelebile & perpetuum. Respondet Doctor Seraphicus ibidem ad 3. & 4. Quod character omnium Ordinum manet in anima sive revertentis ad laicatum, sive morientis, ut signaculum distinctivum; & hoc vel ad gloriam si bene usus est, vel ad ignominiam si male: nec oportet, quod maneat semper quantum ad usum ministerii, quia iste usus quodammodo convertitur in primum vel supplicium.

Ostenditur indelebitas characteris Ordinis ex D. Aug.

De hac indelebitate & perpetuitate ita lego apud D. Augustinum lib. de bono conjugali cap. 24. Si fiat Ordinatio Cleri ad plebem congregan-

dam, etiam si plebis congregatio non subsequatur, manet tamen in illis ordinatus Sacramentum Ordinationis: & si aliqua culpa quisquam ab officio revocatur, Sacramento Domini semel imposito non carebit, quamvis ad iudicium per manente.

Idem docet lib. 2. contra Epist. Parmeniam. c. 13. & lib. 1. de Bapt. contra Donat. cap. 1. vide verba supra Concl. 1. Quæ testimonia, quia clarissima sunt, superfedo aliis referendis. Et quamvis potissimum loquantur de majoribus Ordinibus, tamen usus & continui peris Ecclesiæ ea sufficienter extendit, etiam ad minores Ordines; quippe nunquam vilium est in Ecclesia, quod aliquis Ordo, sive major, sive minor, ob quæcumque causam secundo fuerit eidem collatus.

Sed revertamur ad Conclusionem, & interrogemus Doctorem Seraphicum, an etiam in diversis Ordinibus, diversi imprimantur characteres, & respondebit nobis sup. q. 2. in corp. Dicendum est; quod inter opinantes, in omnibus Ordinibus esse characterem, duplex opinio esse solet. Quidam enim dicere voluerunt, quod omnes Ordines in uno characterem unum sunt, differente tantum secundum maiorem complexionem & minorem; seu signaculum imprimatur in cera secundum ideam servatam amplius paulatim procedendo, secundum plus & minus, quousque veniatur ad statum perfectum. Si autem quis, quæ sit ratio talis impressionis, respondeat breviter; quod hoc est propter characteris impressionem.

Sed hæc sententia non placet huic sancto Doctori, & ideo eam improbat dicens: id hoc esset, tunc impossibile esset, promoveri ad superiorem Ordinem, omisso priori, quod est contra iura. Si etiam hoc verum esset, non esset differentia inter Ordines, nisi secundum magis, & minus, quod est manifestè falsum, cum potestates in diversis Ordinibus sint ad diversa ordinata. Postremò, si hoc esset, character reciperet magis. Sed queritur quare non reciperet minus: quod si hoc esset, tunc essent debiles. Quare etiam characteres aliorum Sacramentorum magis & minus non recipiunt, ut dicatur baptizatus, vel confirmatus magis & minus. Quod cum non sit conveniens dicere, non est conveniens hæc positionem ponere.

Hæc ergo positio rejecta, subiungit Bonaventura suam sententiam dicens: Et ideo dicitur aliter & probabilis; quod in diversis Ordinibus diversi imprimantur characteres. Ratio autem huius est: quia non solum eo quod ad Dei cultum assumunt, distinguuntur ab aliis; immo etiam inter ministrantes, distinctio est & distinctio: & ulterius gradus illi & personæ ministrandi, si semel dantur, nunquam asseruntur, qui in manus etiam ad alius ministerium eleverit, qui in manus ministraverat: & ideo in diversis Ordinibus diversi signacula debent imprimi, secundum quæ nobis diversitas potestatum ministrandi, & perpetuas conservat: tale autem signaculum est character: & ideo in diversis Ordinibus diversi imprimantur characteres.

Ecce quomodo inter se conveniant Doctor Seraphicus, & Doctor Subtilis; etiam quod dicitur.



Charact. in specie differunt ex 8. Bonav.

diversitatem specificam characterum; nam ad 3. sic ait Doctor Seraphicus. Dicendum; quod dupliciter est loqui de characteribus, aut in se, aut prout univertur in unitate & integritate Sacramenti. Si in se, sic differunt sicut diverse species numeri, sicut binarius & quaternarius. Si prout univertur in unitate Sacramenti, sic quemadmodum binarius & quaternarius constituunt senarium: & habent rationem partis constitutive, & complementum ponunt in senario: sic intelligendum est in proposito, suo modo, licet non sit simile omnino.

116. Objectio. Solvitur.

Nec obstat dictis; quod in Baptismo & Confirmatione solum unicus imprimatur character, quia, ut bene notat D. Bonaventura supra ad 1. Non est simile, pro eo quod non ponunt ita diversitatem, sicut ponit Ordinem Sacramentum, quod de sui ratione implicat diversitatem graduum.

Itaque necessitas multiplicandi characteres, non oritur ex eo, quod ordinati, debeant distinguui ab aliis, non ordinatis; hoc quippe fieri potest per unicum characterem, sicuti baptizatus per unicum characterem distinguitur a non baptizatis, & confirmatus a non confirmatis; sed pro eo, quod oportet ordinatos etiam inter se distinguui.

117. An characteres diversorum Ordinum sint essentialiter ordinati.

Sed nunquid, interrogat quispiam; characteres diversorum Ordinum sunt essentialiter ordinati; ita ut non possit imprimi character Sacramentum, nisi praeceperint characteres minorum Ordinum, item Subdiaconatus, & Diaconatus?

Et quidem non posse imprimi characterem Ordinis, nisi prius fuerit impressus character Baptismatis, certum & indubitatum est. Nunquid etiam praequiratur character Confirmationis? Minime, nisi forte ex precepto Ecclesiastico, de quo tamen non satis constat, & quamvis constaret, non obligaret graviter. Vide Disp. 3. Sect. 3. Concl. 5. ubi latius egimus de hoc precepto.

118.

Quantum autem ad dependentiam unius Ordinis ab alio; superioris utique ab inferiori (nam inferioris a superiori nulla omnino est, ut patet ad oculos) neque haec essentialis est (excipio Episcopatum, de quo infra specialiter agemus) ita ut Ordo superior valide conferatur, v. g. valeat Sacerdotium, est nullus alius Ordo praeceperit. Ita docet Scotus supra n. 10. ibi: Congruum est prius recipere Ordinem inferiorem, quam superiorem; nec tamen ille Ordo est simpliciter necessarius, ita quod si praeceperit, nihil sit, ut apparet extra de Clerico per saltum promotum, ubi habetur, quod non est iterandum, quod est factum, sed quod sunt praeceperit, cautè est suppiendum; & per consequens nonnihil fit in collatione Ordinis superioris, est non fuerit Ordo inferior prius collatus.

Character Sacerdotii non dependet ab alio characteribus Ordinis.

Idem docet sanctus Bonaventura sup. q. 34 in corpore: Dicendum, inquit, quod est ordo necessitatis, & est ordo congruitatis. Si ergo loqua-

mur de ordine istorum graduum Ecclesiasticorum, dicendum, quod non est ordinatio necessaria nec essentialis, pro eo quod Ordo posterior haberi potest & suscipi sine priori. Si autem loquamur quantum ad ordinationem congruitatis; sic est ibi ordo, et quod ad bene esse ministerii sequentis, praerogatur Ordo sive potestas ministerii precedentis. Quemadmodum igitur si quis velit ordinari procedere, prius debet ex ordo praemittere, post narrationem, & post ratiocinationem, & postremo conclusionem: tamen si vellet, interire posset a posteriori, licet non ita ordinari, sic in Ordinibus oportet intelligi. Cum enim Ordines inferiores ministrant sacris, & sacri Ordines ministrant Sacerdotio, & inferior gradus prior sit in ascendendo, & potestas ministerialis sit inferior; patet, quod ibi est ordo, non tamen necessitatis, quoniam potestates diverse sunt, & per se ipsas obtineri & haberi possunt; licet non ita perfecte sine alijs.

Est igitur ordo in his gradibus secundum maiorem accessum ad altimum gradum, scilicet Sacerdotium. Unde primò homo introducit in Ecclesiam per Ostiarium. Secundo manducit per Lectorem Prophetarum. Tercio adjuvatur per Exorcistam, ut liberetur a malis. Quarto, excitatur per Acolythum; ut proficiat in bono. Deinde sunt alii duo Ordines, qui ministrant Sacerdoti in oblatione sacrificii: & sic patet, quod est ibi ordo congruitatis, non necessitatis. Hæc ille. Intelligens utique necessitatem Sacramenti.

Nam necessitatem precepti explicitè admittit in resp. ad 4. & 5. Ad illa, inquit, quæ obijciuntur ibi ultimo de saltu & de gradu, dicendum, quod illa due rationes non ostendunt, quod non sit ibi nisi ordo congruitatis, quantum est de integritate Sacramenti: est tamen ibi ordo necessitatis, quantum est de obligatione precepti, quæ quis tenetur ordinari ascendendo, non saltando ordinari.

Hoc preceptum colligitur ex capite unico de Clerico per saltum promotum, cujus hic est tenor: Tux littera continebant, quod (sicut ex relatione quorundam receperis) P. Presbyter Diaconatus Ordine praeceperit, se fecit ad Sacerdotii Ordinem promoveri. Ipse tibi quoque secreto confessus est, se pro certo nescire, si res taliter se haberet, sed ex quo boni viri assererent, inter quos fuerat conversatus, credebatur assertioni eorum: eo quod tempore quo Ordines inferiores susceperat, infra annos discretæ ætatis fuerat constitutus: & infra.

Mandamus, quatenus condignam poenitentiam pro huiusmodi negligentia (quæ crassa est & supina, inquit Glossa ibi) injungas eidem: quæ peracta (quæ non intelligitur iteratum, quod factum esse nescitur) ipsum in Diaconum ordinare procuret: & sic de misericordia eundem ministrare permittas in Ordine Sacerdotii. Ita Innocentius III. Ergo antea non poterat ministrare. Quis ergo dubitet peccasse? Immo graviter peccasse? Nam suspensio ab executione Ordinis suscepti, gravis peccata est.

Quærit autem ibi Glossa verbo: De misericordia ministrare, dicens: Quid si nullum minorem Quis d

Rrr a Ordines

118. Dependet ex precepto Ecclesiastico

Cap. 10. de Clerico

118.

120.



promotus ad sacerdotium nullo modo Ordinem habuit.

Ordinem habuit, & promoveatur ad Sacerdotium, vel ad alium Ordinem sacrum, nunquid recipit Ordinem?

Respondet: Hugo dixit quod non: quia si laicus ordinetur in sacrum Ordinem, nihil recipit, arg. 40. dist. Sicut ubi dicitur; Sicut viri & mulieris conjunctio unum facit corpus, ita Clericatus & Sacerdotium unum faciunt Ordinem; sed si aliquem de minoribus habeat, recipit sacrum. Vincentius dicit contra, quod bene recipit quis sacrum Ordinem, etiamsi nullum habeat de minoribus, prater Episcopalem; quem nemo recipere potest, nisi sit saltem Sacerdos, arg. infra de Excess. Prae. Ex literis ibi: Num igitur Pontificale Officium sine altaribus est. Et siud verius videtur. Sed quid si ordinatur in Episcopum praetermissis Diaconatu, vel Subdiaconatu? Episcopus est, dum tamen fuerit Sacerdos: sed illam Ordinem, quem non habuit, alius conferre non potuit arg. 1. q. 1. Gratia. & c. Ventum. & q. 4. Daibertum de Consecr. dist. 4. Quomodo. Hucusque Glossa.

121.

Characterem sacerdotalem non debent esse essentialiter a Diaconatu, probatur ex iure.

Ut ut sit de Ordine Episcopali, de quo infra latius, saltem communior & verior sententia est, Ordinem sacerdotalem a nullo Ordine, neque a prima Tonsura essentialiter dependere. Quod non dependeat ab Ordine Diaconatus, patet ex iure jam citato, ubi solum statuitur & jubetur, ut qui Sacerdotium susceperat absque Diaconatu, suscipiat Diaconatum, non autem denuo Sacerdotium; ergo manifeste supponitur, hoc fuisse validum.

Idem decernitur de eo, qui Diaconatum, & Sacerdotium susceperat, praetermissis Subdiaconatu; cap. unic. dist. 52. ubi sic lego: Sollicitudo dilectionis tuae studuit consulere, utrum portator istarum literarum, Diaconatus & Presbyteratus officium, idoneus sit peragere, nec ne, cum ad id praeposito (aliis, praeproperato) cursu, Subdiaconatus Ordine postposito, negligentia potius, quam superbia, cognoscatur ascendisse. Unde nos consulendo charitati tuae mandamus, ut ab officio Sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporum ieiunio Subdiaconatus ministerium sibi rite imponas, & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas. Ita Alexander II.

Idem decernitur de eo, qui Diaconatum, & Sacerdotium susceperat, praetermissis Subdiaconatu; cap. unic. dist. 52. ubi sic lego: Sollicitudo dilectionis tuae studuit consulere, utrum portator istarum literarum, Diaconatus & Presbyteratus officium, idoneus sit peragere, nec ne, cum ad id praeposito (aliis, praeproperato) cursu, Subdiaconatus Ordine postposito, negligentia potius, quam superbia, cognoscatur ascendisse. Unde nos consulendo charitati tuae mandamus, ut ab officio Sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporum ieiunio Subdiaconatus ministerium sibi rite imponas, & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas. Ita Alexander II.

Ubi solum jubetur collatio Subdiaconatus; ergo supponitur Diaconatum, & Presbyteratum fuisse validum, alioquin male concederetur redire ad maiora officia. Quidni idem dicendum, tametsi postposuisset primam Tonsuram, & minores Ordines? Non video rationem disparitatis.

122.

Explicatur e. 8. dist. 40.

Unde quod dicitur in iure, citato a Glossa supra in contrarium, scilicet ex cap. 8. dist. 40. Sicut viri & mulieris digna coniunctio unum facit matrimonium, & sicut duorum copulatio unum perficit corpus, ita Clericatus & Sacerdotium unum faciunt Presbyterum, commodè ab Aliquibus intelligitur, accipiendi Clericatum non pro Tonsura, aut minori Ordine, quidquid dicat Glossa ibi, Verb. Clericatus; sed potius pro com-

muni genere Ordinum, sive pro deputacione ad Ordines; ut colligitur ex verbis immediate sequentibus: Et electio & confirmatio unum faciunt Episcopum. Ubi electio non significat aliquem Ordinem, sed meram deputacionem ad Episcopatum.

Atque ut intelligeretur de prima Tonsura, aut minori Ordine, quia per illum incipit deputari ad Presbyteratum; equidem ex illis verbis non satis probatur essentialis dependentia, quia similiter dici posset, & verissime: Subdiaconatus & Sacerdotium unum faciunt Presbyterum, est non sit essentialis dependentia, ut jam ostendimus. Eo etiam omisso, quod huiusmodi sententia semper claudicat.

Si autem a me queritur, quare major sit dependentia characteris Ordinis, ad characterem baptismalem, quam characteris unius Ordinis, ad characterem alterius Ordinis. Respondet cum D. Bonaventura supra ad 1. Quoniam sacramentum fuit supra de Baptismate, & in Concilio, quod Compendium determinatum fuit, & Dicitur Innocentio de Presbytero non baptizato confirmatus, Baptismus est fundamentum & ianua omnium sacramentorum, & quoniam fundamento non existente, non potest superaedificari: ideo character Baptismi praecedit essentialiter Ordine, non sit in aliis; quia in diversis characteribus Ordinis; quia gratia ordinis dicitur, unum characterem v. g. Ordinarium, qui primo loco confertur, esse fundamentum & ianua aliorum subsequentium, alioquin si Episcopus per errorem, vel aliter retinet Ordinem, praescriptum a Pontifice Romano, & primo loco confertur, v. g. Lecturatum, & deinde Ordinatum; Lecturatum est invalidum, quod non habet apparatus necessarios.

Dices; Ordines sunt veluti numeri; sed non merus posterior necessarius praerogiva prioris, ergo &c. Respondet Doctor Seraphicus supra ad 2. Quod non est simile, quoniam numerus sequens habet praecedentem, partem sui, sed non sit gradus sequens, habet praecedentem, partem sui, sed non dependentem de congruo.

Contra, inquit; est gradus sequens non habet praecedentem, partem sui, equidem videtur essentialiter eum supponere, quippe non potest pervenire ad posteriorem gradum, nisi prius priorem conscenderit.

Respondet Doctor Angelicus 4. dist. 40. q. 1. a. 2. q. 5. ad 2. Quod Ordines non sunt gradus, qui occurrant in actione una, vel in eodem modo, ut oporteat ad ultimum per primum descendere, sed sicut gradus in diversis rebus constituitur, sicut gradus inter hominem, & angelum. Nec oportet quod ille, qui sit Angelus, prius fuerit homo. Similiter etiam est gradus inter Caput & omnia membra corporis, nec oportet, quod illud, quod est caput, prius fuerit pes; & similiter est in proposito; id est, in Ordinibus.

Excipio Episcopatum, si est Ordo distinctus a



Sacerdotio; & potestatem absolvendi à peccatis seu collationem hujusmodi potestatis, si est Ordo distinctus à collatione potestatis consecrandi. Pro clariori autem elucidatione harum exceptionum, pono sequentes Conclusiones.

CONCLUSIO VII.

Sacerdotium est duplex partiale Sacramentum, & duplicem imprimit characterem, cum essentiali dependentia posterioris à priori.

126. Prima pars est Scoti, P R I M A M partem tamquam probabilem docet Scotus supra n. 9. dicens: Si quæras, quæ verba, vel quæ forma? Respondeo, illa, quam Episcopi habent in suis libris Episcopaliibus. Sed in Sacerdotio videtur probabile, quod ibi sint duæ formæ partiales, in quarum altera conferitur potestas constituendi Eucharistiam: in reliqua potestas absolvendi in penitentia: & istis coniunguntur duæ materiæ; hoc est, duo signa visibilia propria; formæ primæ, traditio calicis & patenæ cum hostia: Accipe potestatem celebrandi &c. Secundæ formæ, impositio manûs Episcopi super caput: Accipe Spiritum Sanctum. Ut sic Episcopus concorditer agat summo Episcopo Christo, qui, ut dictum est prius, contulit potestatem Apostolorum tam constituendi, quam absolvendi. Ex hoc etiam patet quomodo sint septem Ordines, qui sunt institutiones in Ordinibus: & illi septem dicuntur contineri sub Sacramento Ordinis, vel magis proprie sub Sacramento Ordinationis, in quantum est unum Sacramentum.

Hanc sententiam sequitur Vasquez disp. 239. c. 3. citans præterea pro ea Michaelem Medicinam lib. 1. de continentia sacrorum hominum cap. 21. & 22. Vgnerium in Instit. Theol. c. 16. §. 6. Rossensem in lib. de defensione Sacerdotii contra Lutherum congressu 2. axiomate 9. & in lib. contra captivitatem Babyloniam c. 12. §. 7. & Waldensem to. 2. qui est de Sacramento c. 123. n. 5. & seqt.

127. Probatur autem ex verbis Scoti; quia in Sacerdotio completo & perfecto; involvuntur duæ formæ partiales, & duæ materiæ partiales & duplex potestas; quidni ergo & duo partialia Sacramenta? Antecedens ostenditur quoad primam partem; quia una forma est: Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis & mortuis in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, teste Concil. Florent. in Decret. Eugen. §. Sextum Sacramentum est Ordinis. Et ideo à nemine negatur. Altera forma est: Accipe Spiritum Sanctum, quorum remissionis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueris peccata, retenta sunt. Quæ tamen non præscribitur in Florentino, & ideo à Non-

nullis non admittitur, ut forma sacramentalis. Consimiliter probatur Antecedens quoad secundam partem; quia prima materia est portio calicis cum vino, & patenæ cum pane; quæ, quoniam à Florent. eodem loco præscribitur, ab Omnibus admittitur. Secunda est impositio manuum super caput ordinandi; quæ, quia in Florent non exprimitur, ab Aliquibus negatur esse materia sacramentalis.

Tertia pars Antecedentis expressis verbis traditur à Concilio Tridentino sess. 23. c. 1. ibi: In Sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, & ministrandi corpus & sanguinem eius (ecce una potestas) nec non & peccata dimittendi & retinendi (quæ est altera potestas) sacra Litteræ ostendant, & Catholica Ecclesie Traditio semper docuit. Item can. 1. Si quis dixerit, non esse in novo Testamento Sacerdotium visibile & externum, vel non esse potestatem aliquam consecrandi & offerendi verum corpus & sanguinem Domini, & peccata remittendi & retinendi &c. anathema sit.

Has verò potestates esse distinctas, nemo inficias ire potest; qui Consecrationem & Absolutionem à peccatis admittit esse actus distinctos, & potestatem consecrandi prius datam fuisse Apostolis, quam potestatem absolvendi; sed quoniam hoc ultimum Aliqui rejiciunt, ideo etiam rejiciunt nostram sententiam.

Dicunt autem, utramque potestatem dari per traditionem calicis cum vino &c. cum verbis superius allegatis Accipe potestatem offerendi &c. Adeoque Apostolos in ultimâ Cæna accepisse utramque potestatem, quamvis altera esset impedita ab exercitio, donec Christus ipsis dixit: Ioannis 20. Accipite Spiritum Sanctum &c. Et consequenter asserunt, etiam hodie Sacerdotes accipere utramque potestatem, per primam formam & materiam; in tantum, ut si Episcopus moreretur post primam materiam & formam, & alius non succederet, qui diceret: Accipe Spiritum Sanctum, sic ordinatus posset valde absolvere à peccatis suos subditos.

129. Restat ergo nobis probandum; impositionem manuum, cum illis verbis: Accipe Spiritum Sanctum &c. tamen à Florentino non exprimitur, nihilominus esse materiam & formam sacramentalem, utpote per quam conferatur gratia sanctificans, & potestas remittendi peccata prius non collata.

Equidem quod ad Florentinum attinet, dico, non fuisse intentionis Eugenii, illo loco exactè designare & recensere sigillatim omnem materiam & formam singulorum Ordinum, ut patet ex illis verbis: Et sic de aliorum Ordinum formis, prout in Pontificali Romano latè continentur. Expressit itaque formam primariam Sacerdotii, utpote per quam conferatur primaria potestas, scilicet consecrandi verum corpus Christi, & posuit materiam, quæ communis quodammodo erat Sacerdotii cum aliis Ordinibus.

Alloquin in Concilio Carthageniensi 4. ubi

R r 3 dil

128. Potestas consecrandi ad distinctionem à potestate absolvendi. 129. Impositio manuum cum illis verbis: Accipe Spiritum Sanctum &c. sunt materia & forma essentialis.

quam sequitur Vasquez, Medina & alii.

127. Probatur ex verbis Scoti.

Conc. Flor.



Huius im-  
positionis  
meminit  
Cone. Car-  
thag. 4.

disponitur, qualiter Ecclesiastica officia ordi-  
nantur, nulla sit mentio porrectionis calicis,  
aut formæ correspondentis, sed solum imposi-  
tionis manuum, ibi: Presbyter cum ordinatur,  
Episcopo eum benedicente, & manum super capus  
eius tenente, etiam omnes Presbyteri, qui presentes  
sunt, manus suas iuxta manum Episcopi super capus  
illius teneant. Et tamen hæc porrectio, & for-  
ma correspondens, communiter recipitur pro  
materia, & forma essentiali.

Licet ergo Concilium Florentinum non  
meminerit impositionis manuum, aut verbo-  
rum correspondentium, cum sit tantum argu-  
mentum negativum, non concludit quidpiam  
contra nos; nisi clarè ostendatur, Concilium  
ibi voluisse, & debuisse enumerare omnes ma-  
terias, & formas essentielles singulorum Ordini-  
um. Et forte eam omisit, quia Armeni ute-  
bantur impositione manuum, eaque solâ, ut ergo  
foret uniformitas inter utramque Ecclesiam  
Latinam & Græcam, expressit illam materiam  
& formam, in qua erat discordantia.

Quare ejus  
non memi-  
nerit Conc.  
Florent.

Sed veniamus ad punctum principale, &  
ostendamus, Apostolos non accepisse potesta-  
tem abolendi à peccatis in ultima Cœna, sed  
dumtaxat post resurrectionem Christi Ioan. 20.  
& per consequens neque hodie Sacerdotes acci-  
pere eandem potestatem, nisi per impositionem  
manuum Episcopi cum illis verbis: Accipe Spi-  
ritum sanctum, quorum remiseris peccata &c. ita ut,  
si quis solum ordinaretur Sacerdos per traditio-  
nem calicis, non posset ullo modo absolvere  
à peccatis, quantumvis in Parochum eligeretur,  
aut aliunde ei iurisdicctio concederetur.

131.  
An Apo-  
stolis in ultima  
Cœna fuerit  
data sola  
potestas  
consecran-  
di.

Secundo.

De hoc puncto sic discurrit Scotus 4. dist. 19.  
q. unica n. 9. Illa sunt distincta potestates, quarum  
una potest esse sine alia: sed potestas consecrandi cor-  
pus Christi, sive character sacerdotii, ut ad hoc est,  
potest esse sine illa potestate, qua includitur in Clavi-  
bus: ergo &c. Minor probatur; quia sic fuit in Apo-  
stolis in Cœna, cum dicebat eis: Hoc facite in meam  
commemorationem; ibi data est eis potestas consec-  
randi: sed non Clavium usque post resurrectionem Io-  
an. 20. dicente Christo; Quorum remiseris &c.

Co. similiter videtur posse argui de quolibet Sacerdo-  
te, nunc ordinato in Ecclesia. Prius enim dicit Episco-  
pus ordinando: Accipe potestatem consecrandi,  
vel celebrandi Missam tam pro vivis, quam  
pro defunctis, dans ei calicem: & quibusdam in-  
terpositis, ponens manus super capus eius dicit: Ac-  
cipe Spiritum sanctum, quorum remiseris &c.

132.  
Quilibet  
Sacerdos  
prius tem-  
pore accipit  
potestatem  
consecrandi  
quam ab-  
solvendi.

Vnde videtur, quod quilibet Sacerdos prius tempo-  
re accipiat potestatem consecrandi, quam absolvendi;  
ergo est alia & alia. Et istud probat, quod non tantum  
distinguitur à character, si character est aliquid unum,  
immo quod sunt distincta potestates inter se.

Item (ut dictum est supra) character non potest esse  
nisi relatio; relatio autem non potest esse eadem ad  
plures terminos. Corpus Christi verum & mysticum,  
vel Consecratio huius, & Absolutio illius sunt dis-  
tincti termini; ergo illud, quod est relatio ad Consec-

rationem, non est idem cum potestate ad absol-  
vendum. Huculque Doct. Subtilis.

Sed quod hic dicit de character, quod non  
possit esse nisi relatio, minus bene consonat ei,  
quod dixit 4. dist. 6. q. 10. n. 13. Non potest pre-  
bati characterem, si ponatur forma realis, est forma  
absolutam realem vel respectivam; quia utramque  
salvati potest, quod sit scilicet forma respectiva, vel  
quod sit forma realis absoluta.

Interim quod dixit 4. dist. 6. preferendum  
est; quia ibi expressè agit de natura, seu essen-  
tate characteris, hic autem solum argumen-  
tur contra eos, qui sentiunt, eundem esse cha-  
racterem seu potestatem consecrandi & absol-  
vendi. Unde nec hoc argumentum ullius mo-  
menti est apud eos, qui docent, characterem  
esse formam absolutam; & quo nos illud do-  
cuimus Disp. 1. Sect. 4. Concl. 8. ideo hoc ar-  
gumento non utimur, sed contenti erimus pro  
argumento, videlicet, quia una potestas fuit  
sine alia in Apostolis.

Quod probatur: quia potestatem consec-  
randi acceperunt in ultima Cœna hisce verbis: Hoc  
facite in meam commemorationem, ut docet Con-  
cilium Tridentinum sess. 22. c. 1. ibi: *Ad hoc  
carandum verum (panis ac vini) symbola, Ap-  
stolus, quos tunc novi Testamenti Sacerdotes consecra-  
bat, ut sumerent, et addidit: Et eisdem, eorumque  
sacerdotio successoribus, ut offerrent, præcepit per  
verba: Hoc facite in meam commemorationem,  
nisi semper Catholica Ecclesia intellexit, et  
tenet.*

At verò potestatem absolvendi prius ac-  
ceperunt post Resurrectionem Ioan. 20. ut tribu-  
tur idem Concilium sess. 14. cap. 1. ibi: *Con-  
tinuè autem Sacramentum Penitentia tunc præcipue  
fuit, cum à mortuis excitatus, insufflavit in disci-  
pulos suos, dicens: Accipite Spiritum sanctum, quo-  
rum remiseris peccata, remittuntur eis; &  
quorum retinueritis, retenta sunt. Quos tunc  
signi factis, & verbis tam perspicuis, potestatem  
remittendi & retinendi peccata, ad reconciliandos  
peccatores, post Baptismum lapsos, Apostolus, & eorum  
legitimus successoribus fuisse communicatam, unanimo  
rum PP. consensus semper intellexit.*

Et cap. 5. ibi: *Quia Dominus noster è terra de-  
scensus ad cœlos, Sacerdotes suisque Sacros  
relinquit, tamquam Præfides & Iudices, ad quos  
mortalia crimina deferantur, in qua Christi palle  
occiderint.*

Quomodo posset Ecclesia manifestè expo-  
nere, Ioan. 20. & non ante Resurrectionem,  
fuisse datam Apostolis, & eorum Successoribus  
potestatem absolvendi à peccatis, illis verbis:  
Accipite spiritum sanctum &c.?

An fortè aliquis dicit: Christum Ioan. 20.  
solum indicasse potestatem, antea collatam  
Sed hic etiam dicere debuit, Christum ibi non  
instituisse Sacramentum Penitentia, sed tan-  
tum indicasse antea fuisse institutum; cum te-  
men Concilium supra dicat, tunc præcipue  
fuit.



fuisse institutum. Deinde quero ab illo, Christus ibi non dedit Spiritum sanctum Apostolis; sed dumtaxat indicavit, Spiritum sanctum prius collatum fuisse? Hoc in primis est contra proprium & obvium sensum verborum, sine ulla ratione improprie illa intelligendi.

Præterea; videtur posse alicui, id damnatum fuisse in sacra Synodo generali Constantinopolitana Collat. 8. can. 12. ibi: Et super alias innumerabiles blasphemias ausus est dicere (Theodorus Mopsuestenus) quod post Resurrectionem, cum insufflasset Dominus Discipulis, & dixisset: Accipite Spiritum sanctum, non dedit eis Spiritum sanctum, sed figuratim tantummodo insufflavit. Et verò significare, antea datum fuisse Spiritum sanctum, nunc autem non dari, nonne est figuratim insufflare?

Scriptum est 1. Cor. 10. v. 1. & sequentibus: Nolo enim vos ignorare Fratres, quoniam Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt; & omnes in Moyse baptizati sunt, in nube & mari; & omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt &c.

Et quomodo putas comederunt & biberunt? Hec omnia (inquit Apostolus ibidem v. 11.) in figura contingebant illis. Quippe significabant Sacramenta novæ legis pro tempore futuro. E.g. similiter in figura seu figuratim videtur fuisse Apostolis: Accipite Spiritum sanctum, si hisce verbis solum significabatur Spiritus sanctus, pro tempore præterito datus Apostolis.

Appositè Cyrillus Alexandrinus lib. 12. in Ioan. cap. 56. explicans hæc verba: Acceperunt, inquit, Spiritum sanctum, quando insufflavit & dixit: Accipite Spiritum sanctum; nunquam enim dixisset, qui mentiri nescit, nisi dedisset. Et quàmvis Episcopus mentiri sciat, equidem non est præsumendus, quod mentiatur, quando dicit ordinando: Accipite Spiritum sanctum, quorum remisisset &c.

Si autem à me queritur, quid ibi intelligatur per Spiritum sanctum? Respondeo citò; intelligitur gratia sanctificans, & ipsa Ecclesiastica potestas absolvendi à peccatis. Ita Auctor libri 99. veteris & novi Testamenti apud D. Augustinum c. 93. in medio: illud, inquit, quod insufflavit in Discipulos Dominus legitur post dies paucos Resurrectionis sue, & dixisse, Accipite Spiritum sanctum, Ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in traditione dominica per Spiritum sanctum aguntur, idcirco cum regula eis & forma traditur huius disciplina, dicitur eis; Accipite Spiritum sanctum. Et quia verè adius Ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicens: Cujus tenueritis peccata, tenebuntur, & cuius remisseritis, remittentur ei.

Inspiratio ergo hæc, gratia quædam est, quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatores habeantur. Unde Apostolus dicit ad Timotheum:

theum: Noli, inquit, negligere gratiam, quæ est in te, quæ data est tibi per impositionem manuum Presbyteri. Semel ergo fieri oportuit, ut de cætero traditio ista non sine dono Spiritus sancti esse crederetur. Sicut enim in Salvatore forma data est visibiliter, ut post Baptismum Spiritus sanctus creditur de cætero invisibiliter dari non ambigeretur, ita & in supradicta causa forma data est in principio, ut ex eo traditioni Ecclesiastica Spiritus sanctus infusus credatur. Hæcque præfatus Auctor.

Ex quo testimonio Waldensis supra (ex illi mans illud esse Divi Augustini, sed perperam, ut apparet ex censura præfata illi lib. apud D. Augustinum in impressi. Parisiensis) redarguit falsitatem & mendacium Wicleffi, qui dixit, Christum non expressisse horam, vel formam, quæ suos Apostolos instituit.

Placet subscribere verba Waldensis: Gloria tibi Trinitas, quæ sic inspiratum servulum Augustinum, ut sub ejus calamo plene stemus instructi, qualiter vera fides Sacramenti; contra patrem mendacii in fide suo Wicleff pleno robore perseveret. Ubi jam mendacium Wicleff, qui dixit, Christum non expressisse horam, vel formam, quæ suos Apostolos instituit Sacerdotes? Augustinus plane signat horam, & formam; horam, quando post paucos dies Resurrectionis peractæ, insufflavit discipulis. Formam, quando insufflando dedit eis gratiam Spiritus sancti dicens: Cujus tenueritis peccata &c. Et ideo, inquit, adhuc cum ab Episcopis regula & forma traditur ordinatis; dicitur eis: Accipite Spiritum sanctum, quia omnia in traditione Domini per Spiritum sanctum aguntur. Et hæc inspiratio est gratia quædam; non quidem gratum Deo faciens, sed ut commendatores habeantur, inquit Augustinus, secundum illud: Noli negligere gratiam &c. Hanc item gratiam semel datam dicit, ut de cætero semper in ordinatione dari non ambigeretur seu dubitaretur. Et probat hoc de utroque Sacramento Confirmationis & Ordinis dicens: Forma data est in principio: ut ex eo traditioni Ecclesiastica Spiritus sanctus infusus credatur. Hæcenus Waldensis.

Ubi quod ait: Hæc inspiratio est gratia quædam, non quidem gratum faciens &c. commodè intelligendum est de prima gratia gratum faciente; alioquin certum esse debet apud omnes Catholicos, Ordinationem conferre augmentum gratiæ sanctificantis, seu gratum facientis; si est verum Sacramentum. Atque illud augmentum non negare Waldensem, patet ex verbis sequentibus: Sed ut commendatores habeantur secundum illud: Noli negligere gratiam &c., per quam gratiam Interpretes intelligunt gratiam gratum facientem, seu augmentum gratiæ sanctificantis; aliàs ex illo loco non bene probaretur Ordinationem esse verum & propriè Sacramentum.

Deinde sequitur apud Waldensem: Et probat hoc

Synodus Generalis Constantinopolitana

1. Cor. 10.

Cyrillus Alex.

135. Quis Joan. ac. intelligatur per Spiritum sanctum.

136. Redarguit mendacium Wicleffi ex Waldensi.

137. Explicante aliqua verba Waldensis.



hoc de utroque Sacramento, Confirmationis & Ordinis, & tamen in Confirmatione non alio modo infunditur jam Spiritus sanctus, quam per infusionem gratiæ sanctificantis, quæ est propria Spiritui sancto.

138. Itaque, secundum dictum Auctorem apud Divum Augustinum, illis verbis: *Accipite Spiritum sanctum &c.*; & data fuit potestas, & infusa gratia sanctificans.

Consonat Cyrillus supra ibi: *Quæ igitur ratione divina nature dignitatem, ac potestatem discipulis suis Salvator largitus est? Quia certe absurdum non est, peccata remitti posse ab illis, qui Spiritum sanctum (per infusionem gratiæ sanctificantis) in seipsis habeant. Nam quum ipsi remittunt aut detinent, Spiritus qui habitat in eis (per gratiam sanctificantem) per eos remittit & detinet.*

& Chryso- Et Chrysothomus homil. 85. in Ioan. post stomo. medium explicans eadem verba: *Quorum remiseritis peccata &c.* ait, *Quemadmodum Rex presertim mittens, ut in carcerem tradant, & ut liberent potestatem prebet: ita Iesus discipulos dimittens, hac munit autoritate. Et infra.*

*Non tamen quisquam erraret, si tunc eos potestatem quandam & gratiam spiritualem accepisse diceret, non tamen ut mortuos suscitarent, & virtutes ostenderent, sed ut peccata dimitterent. Differentes enim sunt gratia Spiritus, quare additis: Quorumcunque remiseritis peccata, remissa sunt, ostendens, quod virtutis genus largiatur. Ergo sentit Chrysothomus ibi Apostolis fuisse collatam potestatem absolventi, & gratiam spiritualem seu sanctificantem.*

139. Planè, inquis, sed potestatem in actu secundo, id est, exercitium potestatis, collata in ultima Cæna. Ita videtur sentire Doctor Angelicus 4. dist. 24. q. 2. art. 3. ad 2. Dominus, inquit, discipulis dedit sacerdotalem potestatem, quantum ad principalem actum, ante passionem in Cæna, quando dixit: *Accipite & manducate. Unde subiunxit: hoc facite in meam commemorationem: sed post Resurrectionem dedit eis sacerdotalem potestatem, quantum ad actum secundarium, qui est ligare & absolvere.*

Hinc consequenter idem sanctus Doctor ibidem in corpore: *Potestatis, inquit, collatio fit per hoc, quod datur eis (Sacerdotibus) aliquid, quod ad proprium actum pertinet, & quia principalis actus Sacerdotis est consecrare Corpus & Sanguinem Christi, ideo in ipsa datione calicis sub forma verborum determinata, character sacerdotibus imprimitur.*

& Doct. Et ejusdem videtur fuisse sententiæ Doctor Seraphicus 4. dist. 14. p. 2. a. 1. q. 4. in corp. ibi: *Quoniam igitur in Ordine imprimitur character, quod est signaculum ad aliquam potestatem spiritualem: hoc pro generali regula habendum est, quod in illo signo exteriori imprimatur character in quolibet Ordine, in quo principalis potestas, quam respicit Ordo signatur tradi ordinato. Sed hic principalis potestas est potestas consecrandi; ergo character sacerdotalis imprimitur in traditione calicis cum*

verbis correspondentibus, utpote in qua signatur tradi potestas consecrandi.

Sed, ut incipiam à D. Bonaventura, Valquez supra c. 2. n. 5. putat, eum pro materia actionem, & verba illi correspondentia solum pro forma; docet enim in universum, per materiam illam & formam, per quam denotatur potissima actio, & ministerium Ordinis, imprimi characterem; potissimam autem in Sacramento materiam esse manuum impositionem, & quod manus sit organum organorum, hoc est, instrumentum instrumentorum, & ita per illam denotetur maximum Sacerdotii ministerium. Ita Valquez. Verè an falsè patebit ex dicendis Sect. sequenti, ubi de materia & forma signatorum Ordinum.

Quod attinet ad D. Thomam, Capreolus dist. 19. q. 1. a. 3. sic eum intelligit: Eadem, inquit, potestas erat, quæ primò dabatur in ordine ad primum & principalem actum, scilicet conticiendi Eucharistiam. Et secundo dabatur ad actum secundarium, scilicet solvendi & ligandi, sic scilicet, quod accipientes illum characterem, per illum poterant instrumentaliter cooperari ante Resurrectionem ad primum actum super corpus Christi verum, non autem ad secundum actum, qui est super corpus Christi mysticum; sed post Resurrectionem poterant cooperari instrumentaliter ad utrumque actum, quia principale agens, scilicet Christus, sic posuerat aliter coagere eis ante Resurrectionem, & aliter post: nec sequitur quod sit alia & alia potestas instrumentalis; quia eodem instrumentum potest faber ad diversos effectus, secundum diversa tempora, diversimodè operari. Ita Capreolus.

Verùm enim vero, cum, secundum nostra principia, illa potestas instrumentalis non sit aliquid physicum, sed morale tantum, cuius character est signum, & illud morale non sit aliud, quam illa assentia seu coagatio Christi; sicuti alia fuit assentia seu coagatio Christi (tam in actu primo, id est, voluntas coagendi, quam in secundo) post Resurrectionem; etiam, secundum nostra principia (quod quid sit in principii sancti Thomæ) alia potestas post Resurrectionem, & non eadem cum potestate ante Resurrectionem, manifestum cum aliis verbis, & alio signo reali illa coagatio fuerit Apostolis promissa post Resurrectionem.

Sed audiamus Valquez supra n. 34. Quod, inquit, dixit Capreolus, Apostolos quidem recepisse utramque potestatem in Cæna, expressam quidem ad consecrandum, implicitam autem ad absolvendum à peccatis, commentitium planè est; nam quod fuerit huiusmodi instrumentum planè est, non constans, non impedimentum ad absolvendum, non constans, quoque ullo modo constare potest. Primum quidem fuisse præceptum aliquod, quo prohiberetur



rentur ante Resurrectionem absolvere, commentitium planè est, cum ad hoc asserendum nullum habeamus fundamentum. Præterea fuisse aliud impedimentum tale, ut etiamsi reipsa vellet absolvere, eorum Absolutio nulla esset, non minùs sine fundamento diceretur: nullam enim aliud esse poterat, nisi quod eis subdita non esset legitima materia, circa quam hanc potestatem exercere possent: hoc autem impedimentum positum fuisse & obtulisse potestati, semel Apostolis tradite, non minùs sine fundamento asseritur; nam cum jam possent Apostoli baptizare, cur etiam non possent absolvere, si potestas remittendi peccata ipsis jam tradita esset? Hæc ille.

142. Quia, inquit, ad baptizandum non requiritur propriè dicta jurisdictio, sicuti ad absolvendum; & quidem Christus omnes subiecerat Apostolis, quantum erat necessarium ad Baptismum; secùs in ordine ad Sacramentum Pœnitentiæ, quod tunc nondum erat institutum. Nonne hodie potest aliquis habere potestatem baptizandi, & potestatem Ordinis absolvendi, qui equidem non possit vel saltem validè absolvere, quem alioquin validè & licitè possit baptizare, si nondum esset baptizatus? Quidnt ergo Apostoli habuerint potestatem baptizandi, & potestatem Ordinis absolvendi, estò pro tunc non possent validè absolvere, defectu potestatis jurisditionis?

Ut verum fatear, non video contradictionem, quin sic esse potuerit. Interim sic fuisse factum, unde probatur? Immo potius oppositum ostenditur ex datione Spiritus sancti, insufflatione, & verbis Christi, quæ non erant necessaria, ut daretur Apostolis simplex jurisdictio, sive ut fideles ipsis subicerentur in ordine ad hoc Sacramentum, ut patet ex hodierna praxi Ecclesiæ, quæ illam jurisdictionem concedit absque ullis ceremoniis externis, & absque datione Spiritus sancti, seu gratiæ sanctificantis.

143. Sed dicit aliquis cum Armacano lib. 11. de Obiecto ex 99. Armenorum c. 15. ante medium: AG. 1. v. 16. & 17. Scriptum est: *Viri Fratres oportet impleri Scripturam, quam prædixit Spiritus S. per os David de Iuda, qui fuit Dux eorum, qui comprehenderunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis, & sortitus est sortem ministerii huius.* Ergo Iudas ante Resurrectionem acceperat sortem ministerii, id est, Sacerdotii & Episcopatus; nam David seu Spiritus sanctus per os David de eo prædixit Psal. 108. v. 8. *Fiant dies eius pauci & Episcopatum eius accipiat alter.* Ergo etiam ceteri Apostoli ante Resurrectionem jam acceperant potestatem absolvendi à peccatis, quippe Episcopatus nomen est dignitatis & jurisdictionis.

144. Respondeo; quare ergo non poterant absolvere ante Resurrectionem? Siquidem jam nihil deerat, utpotè materia satis applicata per dignitatem Episcopalem; nisi dixeris, fuisse Epi-

scopos merè titulares absque ullis subditis, quod planè gratis effingitur.

Quapropter dico; Petrum, cujus sunt ista verba AG. 1. per ministerium intellexisse Apostolatam, ad quem electus fuerat Iudas cum aliis undecim pridem, quàm Sacerdotes & Episcopi ordinarentur, scilicet Luc. 6. n. 13. & seqq. *Et cum dies factus esset vocavit discipulos suos: & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominavit) Simonem &c. & Iudam Iscariotem, qui fuit proditor;* Cum tamen juxta Tridentinum sess. 22. cap. 1. facti sint Sacerdotes in ultima Cœna.

Quod enim (inquit Vasquez supra n. 31.) ipse Armacanus, & Alii recentiores contendunt, Mar. 6. quando Apostoli oleo ungebant infirmos, fuisse Sacerdotes ordinatos, sine errore jam defendi non potest. Et sanè nulla erat necessitas eos tunc ordinandi Sacerdotes, cum illa unctio non foret Sacramentum extremæ Unctionis, ut patet ex dictis Disp. præcedenti.

Atque ut fuisset, poterat Christus cum Apostolis dispensare, ut antequam essent Sacerdotes illud ministrarent, & hoc est potius dicendum, quàm quod fuerint instituti Sacerdotes, antequam esset institutum sacrificium, & Christus seipsum declarasset Sacerdotem secundum ordinem Melchisedech, in æternum constitutum.

Merito autem Apostolatam vocavit David Episcopatum; quia licet à principio Apostoli non fuerint ordinati Episcopi, tamen cum tempore erant ordinandi; & Iudas ordinatus fuisset, nisi ante illud tempus defecisset; ut patet, quia Matthias, qui successit in locum ejus, ordinatus fuit Episcopus, & eandem accepit potestatem, quam alii Apostoli jam à Christo acceperant Ioannis 20.

Obijcit præterea Armacanus; quod Thomas non fuerit cum cæteris Apostolis, quando Ioannis 20. eis dixit Christus: *Accipite Spiritum sanctum &c.* Ergo in nostra sententia Thomas non fuit ordinatus Sacerdos ad remittenda peccata.

Respondeo; non fuit simul cum aliis ordinatus, concedo totum; fuit tamen ordinatus, quando iterum Christus Discipulis apparuit Thomæ præsentem, tamen Scriptura hoc non memoret, juxta illud Ioannis 20. v. 30. *Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu Discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc.*

Denique, quod ait Armacanus, Sacerdotium antiquæ legis totum simul, & non per partes collatum fuisse, ac proinde & novum Sacerdotium hoc modo conferri debuisse, minoris momenti est, nam (inquit Vasquez supra n. 32. & seqq.) cum Sacerdotium Evangelicum duas contineat insignes potestates, alteram in corpus Christi verum, ad consecrandum ipsum, & sanguinem ejus, ipsumque in Sacrificium offerendum, alteram in corpus Christi mysticum ad remittendum peccata, & utraq; per ipsam Ordinationem debeat significari; eò quod

145. Apostoli non erant Sacerdotes quando Mar. 6. oleo ungebant infirmos.

146. Quare dicitur quod videt vocat Apostolos tum Episcopos pastores.

147. Alii obijciunt quod ex Act. 14. dicitur.

Soluitur: Ioannis 20.

147. Tertio obijciunt quod ex eod. aut. diluitur. Vasquez.

SIT Ord.



Ordinatio Sacerdotis Evangelici sit Sacramentum, ac proinde significare debeat id, quod efficit, sicut cætera Sacramenta novæ legis, necessarium fuit juxta hanc institutionem, ut unaquæque potestas per suam peculiarem formam & materiam conferretur, atque consulto Christus diverso tempore unamquamque earum Apostolis contulit. Sacerdotium autem antiquum non conferebatur per Ordinationem, quæ esset Sacramentum, gratiam ad ministerium conferens: & ita non fuit opus duabus ordinationibus, aut pluribus conferri, sed unicâ, per quam intelligebatur electus ad omnia munera, quæ in lege antiqua ei præscripta erant. Hucusque Vasquez.

Quæ cum ita sint, cumque aliunde Ecclesia in Ordinatione Sacerdotum, Christum imitata, ritu perpetuo Christi verbis, & formâ illâ: *Accipe Spiritum sanctum* &c. semper usa fuerit, quis ambigat, idem omnino velle facere, quod Christus fecit; ac proinde potestatem absolventi, seorsim & separatim post collatam potestatem offerendi seu consecrandi, tradere nunc velle, semperque voluisse?

148. Et sanè quæ ratio esse potest, ut hæc verba in ore Christi efficacia fuerint, in ore autem Episcoporum Ecclesiæ, pristinam virtutem amiserint? An fortè quia Christus ea conjunxit insufflationi, Episcopi autem conjungunt impositioni manuum?

Nonne Christus Apostolos ordinavit Sacerdotes ad consecrandum, traditione sui corporis & sanguinis jam consecrati, & verbis illis Luc. 22. *Hoc facite in meam commemorationem*? Quis propterea negat, Episcopos Ecclesiæ hodie ordinare Sacerdotes ad consecrandum, traditione calicis cum vino, & illis verbis: *Accipe potestatem offerendi* &c? Nonne multi docent, Apostolos confirmasse sola manuum impositione sine Chrismate? Nunc vero Episcopi unctione Chrysmatis confirmant. Utrumque profectò factum fuit ex divina institutione & dispensatione.

Consimiliter ergo in hoc Sacramento, quod nunc non utantur Episcopi insufflatione, sed impositione manuum; nec traditione corporis & sanguinis consecrati, sed traditione calicis cum vino, & patenæ cum pane; neque illis verbis: *Hoc facite* &c. sed istis: *Accipe potestatem* &c. factum fuit ex divina institutione, saltem mediâtè. Quod addo; quia mihi valde probabile est, ut ostendam Sect. sequenti, Christum materiam & formam Ordinationis non determinasse in individuo; sed illam determinationem reliquisse dispositioni Ecclesiæ, quàmvis id neget Vasquez supra n. 36.

149. Itaque, ut propius ad Conclusionem nostram accedamus, nulla apparet ratio, quare hodie per manuum impositionem, quæ fit à solo Episcopo post communionem, cum verbis illis: *Accipe Spiritum sanctum* &c. quare, inquam, non

conferatur Sacerdotibus potestas absolventi à peccatis.

Audiamus Concilium Tridentinum sess. 14. c. 3. de Sacramento Extremæ unctionis, ubi docet in illis verbis Jac. 5. *Aduant Presbyteri* &c. non haud obscure traditum fuisse, qui ministrare debeant hoc Sacramentum: Nam, inquit, tenditur illic, proprios hujus Sacramenti ministrare esse Ecclesiæ Presbyteros; quo nomine, eo loco, non atate seniores aut primores in populo intelligendi veniunt, sed aut Episcopi, aut Sacerdotes ab ipso rite ordinari per impositionem manuum Presbyteri.

Quidni ergo hæc manuum impositio sit materia essentialis; & non tantùm aliqua ceremonia Ecclesiastica? Censet, quia Ecclesia bene dixisset: *Ab ipsis rite ordinari per consecrationem, seu unctionem manuum*? Noli censere; quia hæc consecratio, seu unctio non est materia essentialis, quam tamen videtur significare ille motus loquendi.

Porrò per *ly Presbyteri*, non intelligit Concilium concursum Episcoporum, illum enim non esse necessarium ad Ordinationem Sacerdotis non poterat ignorare, sed dignitatem Episcopi, à quo manus imponuntur Sacerdotibus. Etenim hæc dignitas jure ordinatio à pluribus Episcopis confertur.

Si autem à me queritur; quare potius Concilium meminerit impositionis manuum, quàm traditionis calicis? Respondeo citius; quia per traditionem calicis non datur aliqua potestas Sacerdotibus remittendi peccata, sed tantùm consecrandi Eucharistiam; jam autem per Sacramentum unctionis remittit Sacerdos peccata; etiam proximè, ut patet ex ejus forma. Vide Sect. 2. præced. Disp. Conclus. 1.

Ex quo colligit Vasquez supra n. 40. Sacramentum, consecratum per solam traditionem calicis, non fore validum ministrum Extremæ unctionis, ut nec Sacramenti Penitentia.

Omitto aliud testimonium Concilii Moguntini sub Sebastiano Archiepiscopo cap. 51. quod sic incipit: *In collatione Ordinum, quæ fit impositione manuum, veluti visibili signum traditionis*. Cum enim generaliter loquatur de Ordinatione, & certum sit in aliquibus propriè dictam impositionem manuum non esse usitatum; ministrum efficacem videtur, ad probandam propriè dictam impositionem manuum in ordinatione Sacerdotis esse essentialem; nam sicut in Subdiaconatu v. g. per illam manuum impositionem intelligitur traditio instrumentorum, quæ præ diximus ex sancto Bonaventura, ita & in aliquo modo est impositio manuum, ita & in Sacerdotio fortè posset intelligi, quantum præcisè est ex vi hujus Concilii.

Quod addo; quia cum Concilium Carthagenense 4. expressè distinguat inter impositionem manuum in Sacerdotio ac Diaconatu, & traditionem instrumentorum in aliis Ordinationibus inferioribus, necessariò intelligenda venit



proprè dicta manuum impositio. Verùm, ut supra vidimus, ex hoc Concilio nihil efficaciter colligitur pro hac nostra Conclusionè.

152. Revertamur itaque ad Concilium Tridentinum & expendamus can. 4. sess. 23. Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non dari Spiritum sanctum, ac proinde frustra Episcopus dicere: Accipe Spiritum sanctum &c. anathema sit. Ergo secundùm Concilium per illa verba, quæ profertur ab Episcopo, imponente manus Sacerdotibus post Communionem, confertur Spiritus sanctus, id est, gratia sanctificans.

Et est hæc sola conferretur, absque nova potestate, aut novo caractere, adhuc illa impositio manuum foret partiale Sacramentum Sacerdotii, id est, signum externum collativum ex opere operato gratiæ sanctificantis in Ordinatione Sacerdotis. Interim, quia non videtur dari nova gratia pro potestate jam tradita, sive ad usum potestatis jam traditæ; quoniam sufficiens gratia cum ipsa potestate potuit dari, & nulla fuit ratio eam differendi; si nova datur gratia, quidni etiam per illam impositionem manuum concedatur nova potestas? Immo, ut habet secunda pars Conclusionis, novus caractere?

153. Enimverò caractere nihil aliud est, quam signum quoddam spirituale & indelebile illius potestatis; si ergo conceditur nova potestas, etiam imprimitur novus caractere. Vel si dixeris, priorem caractere extendi; dicam ego, etiam priorem potestatem extendi; cur enim minus possit una potestas extendi ad plures actus efficiendos, v. g. consecrationem & absolutionem, quàm unus caractere ad plures potestates significandas, v. g. potestatem consecrandi, & absolvendi?

Si replicaveris, ut diversi caracteres in Ordinationibus imprimantur, opus est, ut unus alium necessariò non supponat; replico & ego, ut diversæ potestates in Ordinationibus concedantur, oportet ut una aliam necessariò non supponat. Vel ergo hæc non dantur diversæ potestates, cum una aliam essentialiter supponat, ut habet tertia pars Conclusionis; vel etiam imprimuntur diversi caracteres; estò unus alium essentialiter supponat.

154. Vasquez supra n. 57. existimat, neque produci novum caractere, neque eundem extendi; sed satis esse ei, qui talem caractere habet, & priorem potestatem, nempe consecrandi, ei annexam, conferri aliam ad absolvendum; hæc autem, inquit, potestas, sicut & prior, supra caractere nihil aliud addit, nisi relationem destinationis divinæ ad hoc, aut illud ministerium, quæ est extrinseca denominatio; & proinde in re denominata relatio rationis, ex fundamento reali, tamquam à forma extrinseca, proveniens, sicut in aliis etiam accidit. Hæc ille.

Ego autem dico; me nullam videre ratio-

nem, quare potius unum partiale Sacramentum Sacerdotii imprimat caractere, quàm aliud; cum Tridentinum simpliciter definiat, per sacram Ordinationem imprimi caractere sess. 23. can. 4. Si quis dixerit, per sacram Ordinationem non imprimi caractere... anathema sit.

Ratio, inquis; disparitatis est; quòd posterius partiale Sacramentum inveniat caractere impressum. Respondeo: partialem, concedo; totalem, nego; & ideo imprimi aliam partem, ut sit totalis. Ego enim non timeo majus inconveniens in collatione caractere per partes, quàm in collatione gratiæ aut potestatis sacerdotalis per partes.

Si autem dixeris: non conferri potestatem sacerdotalem per partes, sed Sacerdotes crescere in Sacerdotii potestate; sicut crescit infans, qui tamen non dicitur per partes humanitatem & naturam suam accipere; dicam ego similiter; caractere sacerdotalem non conferri per partes, sed Sacerdotes crescere in sacerdotali caractere; sicut crescit infans, qui tamen non dicitur per partes humanitatem & naturam suam accipere.

Et quid mirum, si infans non dicatur per partes humanitatem & naturam suam accipere; cum in accretione partes sint ejusdem planè naturæ, & essentialiter eandem habentes materiam & formam? Impraesentiarum autem sunt plures materiæ, & formæ speciei distinctæ, & per consequens plura Sacramenta partialia speciei distincta, sicuti consecratio panis, & consecratio vini; quidni ergo, sicuti per partes conficitur totale Sacramentum Eucharistiæ; ita etiam rectè dicatur, per partes confici totale Sacramentum Sacerdotii; per consequens per partes conferri gratiam, potestatem & caractere sacerdotalem? Nullam invenio in hac locutione, & re ipsa inconvenientiam, & ideo cum Scotò probabiliter asserto, sic fieri.

Cum autem utraq; potestas ordinetur, saltem mediatè, ad ministerium Eucharistiæ, nam per potestatem absolvendi magis disponitur homo ad debite recipiendum Sacramentum, & assistendum Sacrificio, quàm energumenus per exorcismos, & utraq; conferatur ritu sacro & solemnè & stabilimodò; quid verè utramque potestatem vocari Ordinem?

Equidem cum essentiali dependentia potestatis absolvendi, à potestate consecrandi, non autem potestatis consecrandi, à potestate absolvendi. Ita communiter Theologi, contradicente Tannero disp. 7. q. 2. n. 125. ibi: Nec video, eum potestas illa duplex consecrandi & absolvendi nullam inter se essentialem ordinem & dependentiam habeat, cur, loquendo de valore rei, non æquè posterior sine priori, ac prior sine posteriore consistere possit. Hæc ille.

Et Arriaga disp. 57. n. 43. putat, hanc rem Arriaga. planè

155. Occurrit objectionibus.

156. Et finaliter, resolvit Auctor cum Scoto imprimi duplicem partialem caractere.

157. Utraque potestas rectè appellatur Ordo.

cum essentiali tamen dependentia potestatis absolvendi à potestate consecrandi.

Alia probatio ex Concilio Tridentino.

153. An imprimatur novus caractere, quando conceditur potestas absolvendi.

154. Vasquez existimat neque produci novum caractere, neque eundem extendi.

Judicium Auctoris.



putat illam  
dependen-  
tiam esse in-  
certam.

Planè incertam esse; quia, inquit, nobis non constat, quid Christus circa hoc disposuerit, videntur tamen omnes Auctores communiter supponere, potestatem absolvendi pendere à potestate consecrandi: id quòd satis probabiliter deducere possumus ex factò ipso Christi; nam licet in futurum promississet Apostolis potestatem absolvendi à peccatis ante passionem, noluit tamen eam de presenti dare, quousque illos in Cœna constituit Sacerdotes; quasi per hoc denotaret, Sacerdotem esse debere eum, qui possit absolvere. Ita Arriaga.

158.  
Probat  
illa dependen-  
tia ex  
Conc. Tri-  
dent.

Unde Concilium Tridentinum ubique supponit, solos Sacerdotes esse ministros Penitentiarum sess. 14. c. 5. ibi: Dominus noster Iesus Christus è terris adscensus ad caelos, Sacerdotes suisque Virgines reliquit tamquam Praesides & Iudices. Et c. 6. Declarat falsas esse, & à veritate Evangelii penitus alienas doctrinas omnes, quae ad alios quosvis homines præter Episcopos & Sacerdotes clavium ministerium perniciosè extendunt. Item can. 10. Si quis dixerit, . . . non solos Sacerdotes esse ministros Absolutionis . . . anathema sit. Iam autem ly Sacerdos, propriè & in rigore significat eum, qui habet potestatem consecrandi Corpus & Sanguinem Christi.

Licet ergo ex natura rei non sit necessarius, seu essentialis dependentia potestatis absolvendi à potestate consecrandi, potuit nihilominus Christus Dominus facere illas inter se modo dicto dependentes; & fecisse, quod potuit facere, videtur colligi ex sensu Ecclesiae, & communi iudicio Theologorum.

Atque hinc sit finis hujus Conclusionis, de qua iterùm redibit sermo Sect. sequenti, ubi de materia & forma essentiali Sacerdotii. Restat in præsentì Sectione explicanda distinctio inter Sacerdotium & Episcopatum, pro qua erit

### CONCLUSIO VIII.

Episcopatus est Ordo distinctus à Sacerdotio, eoque ignobilior; cum quo tamen stat, Episcopos Sacerdotibus esse superiores.

159.  
Plures an-  
tequi Theo-  
logi docue-  
runt Episc-  
opatum non esse  
Ordinem  
distinctum  
à Sacerdo-  
tio.  
S. Bonav.

Antiqui ferè omnes Theologi docuerunt, Episcopatum non esse novum & distinctum Ordinem à Sacerdotio, sed solum ejus ampliationem, seu dignitatem quandam vel eminentiam. Solum subscribitur verba Doctoris Seraphici 4. dist. 24. p. 2. a. 2. q. 3. in corp. Dicendum; quòd, sicut actum est, cum Ordinis potestas principaliter sit ordinata ad dispensationem Sacramentorum, & maxime illius Sacramenti nobilissimi, scilicet Corporis Domini, ibi est status graduum & Ordinum ascendendum: & ita ultra Sacerdotium non est gradus Ordinis. Sed tamen intra hunc

gradum & Ordinem contingi esse distinctionem dignitatum & officiorum, quae tamen novum gradum vel Ordinem non constituunt: ut Archiepiscopus, Episcopus, Archiepiscopus, Patriarcha, Pontifex summus, quae ultra Sacerdotium non addunt Ordinem nec gradum novum, sed solum dignitatem & officium.

Et ita Episcopatus, prout concernit Ordinem Sacerdotii, bene potest dici Ordo: sed prout distinguitur contra Sacerdotium, dicit dignitatem quandam vel officium Episcopi annexum; & non est propriè nomen Ordinis, nec novus character imprimatur, nec nova potestas datur, sed potestas data ampliatur. Unde sicut non recipit alias Claves, sic nec alium Ordinem. Et hoc sensit Mag. Hugo: hoc etiam sensit Mag. Sententiarum. sicut patet per id, quòd dicit in littera, quòd non sunt nomina Ordinum, sed dignitatum.

Hoc etiam tenet communis opinio, quòd in Episcopatu character novus non imprimatur; sed ibi aliquid eminentiae confertur, quae semper manet cum ipsa character Ordinis, ablati à omni iurisdictione. Hanc opinionem sustinendo dicimus, quòd Episcopatus propriè loquendo non est Ordo, sed Ordini eminentiam dignitas. Hucusque D. Bonaventura.

Pro hac sententia citatur etiam Doctor b. tit. 4. dist. 24. q. unica n. 5. Sed reverentibus pro opposita citari posset & deberet, tunc ibi utramque refert sententiam, affirmantem & negantem, Episcopatum esse propriè Ordinem, distinctum à Sacerdotio; & deinde negantem impugnat, secus affirmantem; quam tamen propter reverentiam Magistri, & aliorum Theologorum non satis clarè, ut suam, expressit.

Ex sermone ejus verba: De secundo articulo sententiae dicit Dionysius & Isidori allegatis ad partem, & Canonista dicunt, Episcopatum esse propriè Ordinem. Ad quòd videtur esse ratio; cum Episcopo conveniat quadam potestas specialis in quantum Episcopus: aut illa erit Ordinis, & tunc propriè aut iurisdictionis, & tunc posset auferri per dispensationem, quòd videtur inconveniens, quia consecratio est multo minor consecratione Episcopi, non potest auferri quin semel consecratus, semper maneat consecratus. Probat extra de Consecr. Eccles. vel aliter Aqua in Gloss.

Non vides, quomodo probet sententiam affirmantem, & implicite impugnet negantem. Et statim atexit duos modos dicendi, tenendo Episcopatum esse Ordinem: Illa, inquit, via posset dupliciter teneri comparando Episcopatum ad Sacerdotium. Vno modo sic; quòd gradus potestatis eminentis, vel propter universalitatem actuum, quem respicit, vel propter nobilitatem actus, quem respicit. Ista distinctio patet in aliis potestatibus, ubi alius competit plures actus, & alius pauciores, tamen nobilitatem actus patet in aliis potestatibus, quae potest sibi competere: ut Index potest sententiam, quae est actus nobilior, quàm multi alii, qui competit persona inferiori. Sed cui competit universalitas actuum, ei competit etiam, actus nobilior, quia in universalitate actuum comprehenditur ille actus nobilior & ex hoc videtur, quòd gradus ille, qui respicit



universitatem actuum, sit simpliciter superior, quam ille, qui respicit præcise actum nobilissimum: & sic diceretur Episcopatus simpliciter superior Ordo; quia habet ordinem ad omnes actus Ecclesiasticos, Sacerdos non est ad omnes, licet ad nobilissimum.

Et tunc argumentum cuiusdam Doctoris contra istam Conclusionem, quod est: Vnus Ordo non dependet ad alium, quantum ad necessitatem Sacramenti: sed si non Presbyter ordinaretur in Episcopum, nihil esset factum: concludit magis oppositum. Nam quando Ordo Episcopatus inimus includit Sacerdotium & alios gradus inferiores: tunc est simpliciter perfectior, quia essentialis respicit actus istarum inclusarum. Et hæcenus de 1. modo.

Sequitur secundus: Tenendo tamen istam Conclusionem; scilicet, quod Episcopatus esset proprie Ordo; & alius à Sacerdotio; posset adhuc dici, quod non esset nobilior; quia etsi includendo Sacerdotium & Episcopatum sit eminentia gradus, quia ad plures actus, quam per alterum solum: tamen illud, quod præcise addit Episcopatus supra Sacerdotium, non est ita excellens gradus, sicut Sacerdotium; quia per illud, quod ibi superadditur, non conveniunt sibi actus ita nobiles, sicut conveniunt Sacerdoti per Sacerdotium.

Nec haberent isti pro inconvenienti, quod imperfectior Ordo presupponat, & hoc necessario, ut recipiatur post Ordinem perfectiorem, quando imperfectior alius aliquam universitatem ad actus Ecclesiasticos, quam non includit ille, qui est perfectior, sed tantum ordinem ad actum perfectiorem. Ita discurrit Scotus pro sententia, affirmante, Episcopatum esse verum Ordinem, distinctum à Sacerdotio.

Sed numquid consimiliter pro negante? Attendite. Alii, inquit, contradicunt Conclusioni, quam tenent illa due via, quia negant Episcopatum esse Ordinem proprie dictum, & ideo nec Ordinem superiorem Sacerdotio, ut dicit prima via; nec eo inferiorem, ut dicit secunda, nec dicit ibi characterem imprimi: sed an sit debilis à Papa deponente Episcopum, vel non debilis, propter consecrationem, cum qua confertur, altercantur inter se; sed vana videtur altercatio, negando Episcopatum esse Ordinem: quæcumque enim iurisdicatio in Ecclesia, vel per Superiorem suspendi potest, ita quod si tempore Suspensionis attinet aliquid facere, nihil facit: vel potest totaliter pro omni tempore tolli. Ubi potius eam impugnat, quam defendat, adeoque magis inclinare videtur in sententiam affirmantem, quæ est nostra Conclusio.

Unde etiam illic, se excusando ab illa controversia, attexit: Saltem, quidquid sit de ista controversia de Episcopatu, actus nobilissimus in Ecclesia simpliciter est consecratio Eucharistia. & ita supremus gradus sive nobilissimus propter nobilitatem actus, ad quem disponit, est Sacerdotium.

Et infra n. 12. respondens ad auctoritatem Dionysii 5. Eccles. Hierarchia ubi ponit tantum tres Ordines, scilicet Episcopatum, Sacerdotium & Diaconatum. Item ad auctoritatem Isidori lib. 7. Etymol. c. 12. ubi ponit Episcopatum esse Ordinem, respondens, in-

quam, ad illas auctoritates ait: Qui negant Episcopatum esse Ordinem, exponunt eos accipere Sacramentum pro sacramentali. Ubi tantum adducit responsum Theologorum antiquorum, non propriam; & insinuat, eos solum negare, Episcopatum esse Ordinem Sacramentum, sive Ordinem proprie dictum.

Et sane; Isidorum sic esse exponendum, patet ex illis verbis: Ordo Episcoporum quadrupartitus est, id est, in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis. Iam autem ex communi consensu omnium Theologorum constat, Patriarchatum, Archiepiscopatum &c. non esse Ordines proprie dictos, sive Sacramenta Ordinis, sed tantum superaddere Episcopatu aliquam dignitatem vel officium, uti etiam Papatu & Cardinalatu. Deinde ibidem inter Ordines enumerat Palamitatum, quem supra diximus, non esse Ordinem proprie dictum.

Atque hoc modo exponit Isidorum D. Bonaventura supra ad 1. 2. & 3. Cùm, inquit, ordinatus in Episcopum, si assumatur ad Archiepiscopatum, non consecratur de novo, sed solum accipiat pallium; patet, quod non potest intelligi, quod novus sit ibi Ordo, sed solum dignitas alior: si ergo dicit ipse esse diversos Ordines, manifestum est, quod nomen Ordinis ad officia & dignitates extendit, & per hoc patet aliud sequens. Sicut enim ampliatur vocabulum & significatio Ordinis, ita & verbum, cum dicitur: Ille ordinatur in Episcopum. Vnde non ita proprie dicitur aliquis ordinari cum promovetur in Episcopum, sicut cum promovetur in Sacerdotem; sed magis proprie dicitur consecrari. Vnde & Apostolus loquens proprie dicit: Posuit nos Spiritus sanctus Episcopos &c. Et: Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

Quantum ad auctoritatem Dionysii, difficultas hæc admittit illam interpretationem; nam imprimis vocatur divinus Ordo §. 5. in principio: Pontificum itaque (id est, Episcoporum) divinus Ordo primus est eorum Ordinum, qui Deum vident, idemque & summus & ultimus, quippe in quo & absolvitur & expletur omnis hierarchia nostra distinctio.

Et §. 6. implicite nominatur Ordo sacer; ibi: Est igitur Pontificatus, seu Episcopatus Ordo, qui consummante virtute fulsus, perfectissima quæque sacri Ordinis munia præeminenter consummat, atque sacrorum disciplinas interpretando tradit, & edocet, quænam ipsis sacra competant habitudines atque virtutes. Quidni ergo sit Ordo sacer, seu Ordo Sacramentum, sicuti Sacerdotium, & Diaconatus, quorum munia præeminenter consummat? Siquidem ut habetur §. 7. Ordo Pontificus non perficiendi tantum sed & illuminandi simul (quod est munus Sacerdotis) atque expiandi (quod est officium Diaconi) vim habet.

Præterea in secunda parte illius cap. Dionysius distinctam materiam & formam Episcopatus statuit dicens: Pontifex quidem, qui ad Pontificiam consecrationem est evectus; utroque genestexto

162. Secundus modus.

163. Scotus op. politiam sententiam potius impugnat quam debeat.

164. Resp. Scoti ad auctoritatem Dionysii & Isidori.

165. Expositio Isidori ex s. Bonav.

166. Auctoritas Dionysii difficultas admittit eandem expositionem.

167. Modus consecrandi Episcopum & Sacerdotem ex Dionysio.



ante Altare, supra caput habet Scripturas à Deo traditas, manumque Pontificis, atque hoc modo à Pontifice, qui ipsum consecrat, sanctissimis appellationibus consecratur. Sacerdos verò utroque poplite ante Altare flexo, in capite habet dextram Pontificis, & hoc modo ab illo Pontifice, qui illum consecrat, sanctis invocationibus consecratur. Porro Diaconus unum genua flexens ante divinum Altare, supra caput habet dextram Pontificis ipsum consecrans, & ab eo consecratur invocationibus ad ministrorum consecrationem accommodatis. Unicuique autem eorum signum crucis consecrante Pontifice imprimitur, & singulis sancta predicatio, persiciensque salutato adhibetur, cunctis presentibus Ecclesiasticis, unà cum Pontifice consecrante, consalutantibus illum, qui in aliquem dictorum Ordinum sacrorum est cooperatus.

Itemque consecrandi Diaconum.

Dionysius Episcopatum vocat Ordinem sacrum.

Ubi rursus, ut vides, Episcopatum vocat Ordinem sacrum, & cum Christus potuerit eum elevare ad rationem Sacramenti, & congruum fuerit, ut Episcopo darentur speciales gratiæ ad debite exequendum munus suum particulare, quod est confirmare, & ordinare, quidni dicamus Christum sic eum instituisse?

168. Probatur ex Scrip. esse verum Sacramentum. 2. Timot. 1. 5. Timot. 4.

Enimvero ad Episcopum maxime spectat, quod dicitur 2. ad Timot. 1. v. 6. *Propter quam causam admono te, ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum mearum.* Et illud 1. Tim. 4. v. 14. *Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam cum impositione manuum Presbyteri, id est, cæteris Episcoporum, qui non convenit ad Ordinationem Sacerdotis, sed solius Episcopi.*

Occurrit objectioni.

Cum ergo ex prima Scriptura Tridentinum sess. 23. c. 2. probet, Ordinem esse verè & propriè Sacramentum; similiter Theologi communiter ex secunda Scriptura, quâ ratione negabimus, Episcopatum esse verè & propriè Sacramentum, seu Ordinem sacramentalem?

An fortè, quia confertur in Dominica, alii autem Ordines in sabbatho quatuor temporum? Nonne etiam alii Ordines conferuntur aliquando in Dominica iis, qui habent facultatem suscipiendi Ordines extra tempus? Et verò minores Ordines nonne conferuntur in die veneris quatuor temporum? Quodd ergo Episcopatus debeat conferri in Dominica, constitutio est Ecclesiæ ob majorem ejus dignitatem, & majorem solemnitatem. Ergo non est Ordo sacramentalis; Consequentia prorsus absorta.

169. Confirmatur hæc sententia ex Trid.

Herculè Tridentinum, postquam docuisset capite jam jam citato, Ordinem esse verè & propriè Sacramentum, cap. 3. declarat, præter cæteros Ecclesiasticos gradus, Episcopos, qui in Apostolorum locum successerunt, ad hierarchicum Ordinem præcipue pertinere, & positos, sicut Apostolus ait Act. 20. v. 28. à Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei; eosque Presbyteris superiores esse.

Unde can. 6. ait: *Si quis dixerit, in Ecclesia Catholica non esse hierarchiam divinâ ordinatione institutam, quæ constat ex Episcopis, Presbyteris, &*

*& ministris, anathema sit.* Et can. 7. *Si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & ordinandi, vel eam quam habent, illis esse cum Presbyteris communem &c. anathema sit.*

Ex quibus factis constat, Catholicè hodie negari non posse, Episcopatum à Christo esse institutum, & Episcopum jure divino, seu divinâ ordinatione esse superiorem Presbyteris, quod olim negavit Aëtius hæreticus apud Epiphanium hæres. 75. & Aug. hæres. 53. punctus invidiæ & dolore; quia Episcopatum, quem ambiebat, obtinerè non potuit.

Hunc secutus est Wicleff in lib. de Eccles. c. 6. apud Waldensem tom. 1. Doct. fidel. l. 2. a. 3. c. 60. ex simili motivo. Rursumque Mosilius dictus de Padua apud Castro verb. Episcopus, occasione schismatis adversus Joannem 22. Papam. Confimiliter Armacanus lib. 11. d. 99. Armenorum c. 6. & 7. Et Erasimus in 2. ad Timot. 4.

Ac tandem recentiores hæretici, præsertim Calvinus lib. 4. instit. c. 4. ubi n. 2. sic scribit: *Quibus ergo docendi munus injunctum erat, eos omnes nominabant Presbyteros. Illi vero numero in singulis civitatibus unum ehebant, cui specialiter dabant titulum Episcopi, non æqualitate, ut fieri solet, dissidia nascerentur. Neque tamen sic honore, & dignitate supererat Episcopus, ut dominium in collegas haberet: sed quas partes habet Consul in senatu, ut referat de negotiis, sententias roget, consultando, monendo, hortando, aliis præcat, autoritate suâ totam actionem regat, & quod decretum communi consilio fuit exequatur, ad muneris sustinebat Episcopus in Presbyterorum cœtu.*

Atque idipsum pro temporum necessitate fuisse humano consensu inducitur, fatetur etiam ipsi veteres. Ita Hieronymus in Epist. ad Titum: *Idem, inquit, Presbyter, qui Episcopus, antequam à diaboli insinû dissidia in religione inter, & in populi diceretur: Ego Pauli, ego Cephe, communi consilio Presbyterorum Ecclesiæ gubernabatur. Postea ut dissensionum semina evellerent, ad unum omnis sollicitudo est delata. Sicut ergo Presbyteri, sciunt se ex Ecclesiæ consuetudine ei, qui præcipue subiectos: ita Episcopi noverunt se magis consuetudinem quam dominicâ dispositionis veritate Presbyteri esse maiores, & in commune debere Ecclesiam regere.*

Alibi tamen (ad Evagrium) docet, quia fuerit antiquum institutum, dicit enim Hieronymus à Marco Evangelista usque ad Hieronymum, & Dionysium Presbyteros, semper unum eam electum, in excelssiori gradu collocasse, eorum Episcopum nominabant. Habebant ergo singula civitates Presbyterorum collegium, qui Pastores erant ac Doctores. Hucusque Calvinus, fundans se in auctoritate D. Hieronymi.

Potuisse etiam allegare Ambrosium, seu alium Auctorem inter ejus opera in cap. 4. de



Sect. 1. De eius Institut. & Essentia Concl. 8. 511

Ephef. super illa verba: Et ipse dedit quosdam Apostolos &c. ubi inter alia inquit: Primi Presbyteri appellabantur Episcopi, ut recedente primo, sequens ei succederet. Et D. Augustinum Epist. 19. ibi: Secundum honoris vocabula, quae iam Ecclesia usus obtrahit, Episcopatus Presbyterio maior est.

Item Chryso. homil. 11. in Epist. 1. ad Timot. ibi: Inier Presbyterum & Episcopum inter se ferè nihil; quippe & Presbyteris Ecclesiae cura permixta est, & quae de Episcopis Apostolus dicit, etiam Presbyteris congruunt. Et plures alios Patres, qui eodem modo loquuntur.

173. Quinimo & Scripturam ipsam: etenim Apostolus ad Philippenses 1. v. 1. solum nominat ac distinguit Episcopos & Diaconos: Paulus & Timotheus servi Jesu Christi omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum Episcopis & Diaconibus. Similiter 1. ad Timot. 3. v. 2. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse &c. & nullâ mentione Sacerdotis v. 8. subdit: Diaconos similiter puros &c. ubi sine dubio per Episcopos intellexit omnes Sacerdotes.

Item Act. 20. cum ex Epheso convocasset majores natu Ecclesiae, id est, Presbyteros, dixit illis v. 28. Attendite vobis; & universo gregi; in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei. Quis autem credat in una Ephesi civitate fuisse plures Episcopos supra Sacerdotes? Ergo non distinguebat Apostolus Episcopatum à Sacerdotio.

Et verò quando scripsit Timotheo, ut custodiret gratiam, quae illi data erat per impositionem manuum Presbyterii, unam intelligebat Ordinationem Timothei, qui unicus Sacerdos & Episcopus erat: sicut enim in aliis locis, ut jam ostendimus, nomine Episcopi intelligebat omnem Sacerdotem; ita hic nomine Presbyterii intelligit quoque Episcopatum. Episcopatus ergo ab initio Ecclesiae, & ex institutione Christi non erat alius gradus à Sacerdotio, & per consequens non est Ordo propriè dictus, id est, Ordo sacramentalis.

174. Sed propter haec non est recedendum à sententia communi Catholicorum, scilicet Episcopatum à Christo esse institutum, & Episcopos divinâ ordinatione esse Presbyteris superiores; quòd Episcopatus non foret Ordo sacramentalis, distinctus à Sacerdotio; vel si distinctus, tamen per se ignobilior Sacerdotio. Catholicis sufficere debet testimonium, seu definitio Tridentini supra allegata. Sed quoniam hoc Concilium ab haereticis non recipitur, videamus si aliunde haec veritas possit convinci.

Atque imprimis ex Evangelio constat, Christum discretè instituisse duodecim Apostolos, & septuaginta duos Discipulos. Apostolos Luc. 6. v. 13. & seqq. Et cum dies factus esset, vocavit Discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apostolos nominavit) Simonem &c. Discipulos autem Luc. 10. v. 1. Post haec autem designavit Dominus & alios septuaginta duos &c.

Porrò quis sanæ mentis potest dubitare & dicere; foret Apostoli non fuerunt superiores illis Discipulis, sed fuerant aequales aut inferiores? Cur ergo statim post Ascensionem Domini, Petrus proposuit toti Collegio, ut loco Iudae subrogaretur alius in Apostolatam, dicens Act. 1. v. 16. Viri Fratres oportet impleri Scripturam, quam praedixit Spiritus sanctus per os David de Iudae &c.

Et, amabò, quae illa Scriptura? v. 20. allegatur his verbis: Fiat comminatio eorum deserta, & non sit qui inhabitet in ea: & Episcopatum eius accipiat alter. Et sequitur: Oportet ergo ex his viris (inter quos indubie erant septuaginta duo Discipuli) qui nobiscum sunt congregati in omni tempore, quo intravit & exiit inter nos Dominus Iesus, incipiens à Baptismate Ioannis, usque in diem, quòd assumptus est à nobis; testem Resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex ipsis &c. Et dederunt sortibus & cecidit sortis super Matthiam (procul dubio unum ex septuaginta duobus Discipulis) & numeratus est cum undecim Apostolis.

Si Matthias erat vel aequalis; vel superior Apostolis, quid erat opus electione & successione; seu subrogatione in locum Iudae? Iam autem Episcopi succedunt Apostolis, Sacerdotes autem septuaginta duobus Discipulis, ut docet Anacletus Papa Epist. 3. & c. Episcopi Domini Apostolorum: Presbyteri quoque septuaginta duorum Discipulorum locum tenent. Episcopi autem non in caestellis aut modicis civitatibus debent constitui, sed Presbyteri per caestella & modicas civitates atque villas debent ab Episcopis ordinari, & poni; singuli autem per singulos titulos suos.

Si Presbyteri debent ab Episcopis ordinari & poni, ut etiam docet Apostolus ad Titum 1. v. 5. Huius rei gratia reliqui te Creta (Episcopum) ut ea, quae desunt, corrigas, & constituas per civitates Presbyteros; sicut & ego disposui tibi; nolite mirari, si quis dixerit cum Ecclesia Catholica, Episcopum jure divino superiorem esse Presbyteris.

Audi eundem Apostolum 1. Timot. 3. v. 19. Adversus Presbyterum accusationem noli recipere; nisi sub duobus aut tribus testibus. Ergo supponit Timotheum tanquam Episcopum fuisse superiorem Presbyteris; & quo jure nisi divino?

Atque haec sunt constans & perpetua traditio Ecclesiae, ut perspicuum est in tota Ecclesiastica historia; & testantur, aut supponunt antiquissimi Patres, Dionysius supra §. 4. ibi: Pontificum itaque divinus Ordo, primus est eorum Ordinum; qui Deum vident &c. Et infra: Porrò vntus ordinis hierarchicum sacris omnibus distinctionibus capitur, & per omnes sacros Ordines hierarchia propria mysteria perficit. Verum huic (Pontificatui seu Episcopatu) excellenter praecedit Ordinibus in ministerium divina Lex officia divinatoria distribuit &c.

Et ante Dionysium Ignatius Martyr 19. Epist. ad Philadelp. ibi: Maxime is, qui unum sanctum Episcopum, Presbyteros, & Diaconos designavit

173.

173. Episcopi succedunt Apostolis, & Sacerdotes 72. Discipulis, et Anacleto Papa.

Ad Tit. 1.

176. Episcopus esse superiores Presbyteris probatur ex Traditione; cujus testes sunt Dionysius & Ignatius.

per

Veritas Catholica probatur ex scripturis Luc. 6. & 10.



per voluntatem Dei Patris per Iesum Christum &c. Et paucis interjectis: Conspicito, inquit, vestro episcopo, cognovi quod non à seipso, neque per homines ad dignitatem erectus est, ut susciperet ministerium hoc communis Ecclesie, nec per inanem gloriam, sed in charitate Iesu Christi, & Dei Patris &c. Item in Epist. ad Magnesianos ibi: Episcopo presidente Dei loco, Presbyteris loco Senatūs Apostolorum, Diaconis mihi suavissimis, ut iis quibus commissum est Iesu Christi ministerium. Denique Epist. ad Antiochenos ibi: Presbyteri pascite gregem, qui inter vos est, donec Deus designaverit eum, qui potestatem in vobis habiturus est, id est, Episcopum. Et hi utique Patres fuerunt Apostolorum coetanei & discipuli.

177. Item Clemens Rom.

Insuper apud Clementem Rom. in Epist. 1. ad Iacobum Fratrem Domini, sic lego: Sic ergo novis huius (Ecclesiam intelligit) Dominus, ipse omnipotens Deus, Gubernator verò sit Christus. Tum deinde proteta officium Episcopus impleat, Presbyteri nautarum, Diaconi dispensatorum locum teneant. Et infra: Episcopos Sacerdotes suos, ac cunctos reliquos Ecclesia ministros, atque omnem plebem sibi commissam, verbo divino & mandato instruere ac dirigere, hosque omnes & eorum Episcopos tota animi virtute diligere ut oculos suos, quia oculi sunt illorum. Item Epist. 3. in principio: Clemens urbis Roma Episcopus, omnibus Coepiscopis, Presbyteris, Diaconis, ac reliquis Clericis. Et infra: Si autem vobis Episcopis non obedierint omnes Presbyteri, Diaconi ac Subdiaconi, & reliqui Clerici &c. Quomodo manifestius potuisset exprimere superioritatem Episcoporum?

178. & Anacletus Papa.

Omitto Epistolam secundam Anacleti, in qua describitur modus ordinandi seu consecrandi Episcopos, Presbyteros, & alios Clericos; Ordinationes, inquit, Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint provincia Episcopis sunt celebranda &c. Reliqui verò Sacerdotes à proprio ordinentur Episcopo &c. Quis ergo dubitet Episcopum esse superiorem reliquis Sacerdotibus?

Porro Epistolâ tertiâ idem Pontifex, Sacerdotum, inquit, Fratres, Ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Et qui illi duo Ordines? Episcopatus & Presbyteratus. Ergo Episcopatus non ab hominibus, sed à Deo constitutus est. Et Episcopus, à Deo constitutus est superior Presbytero; quia, ut supra dixi, in eadem Epistola docet Anacletus, Episcopos tenere locum Apostolorum, Presbyteri autem locum septuaginta duorum Discipulorum.

179. Quomodo intelligendi Patres, qui dicunt, Sacerdotes succedere Apostolis.

Nec obstat, quòd interdum quidam Patres absolute dicant, Sacerdotes succedere Apostolis; nam commodè intelligendi sunt de successione quoad potestatem consecrandi Eucharistiam, & remittendi peccata; non autem quoad potestatem confirmandi, & ordinandi, ut patet ex Trident. supra can. 7. Sicut etiam interdum dicuntur gerere vicem Christi, scilicet

quoad aliquid; cum alioqui quantum ad potestatem regendi totam Ecclesiam, solus summus Pontifex teneat vicem Christi.

Enim verò Ordinationem fieri posse solum ab Episcopo, & non Presbytero, testatur Hieronymus Epist. 85. ( & refertur dist. 91. c. 24. ) ibi: Quid facit Episcopus excepta Ordinatione, quod Presbyter non faciat? Et Epiphanius Heret. 75. Dicere, inquit, ipsam Episcopum & Presbyterum aequalem esse, quomodo erit possibile? Episcoporum enim Ordo Patrum generator est, Patres enim generat Ecclesia: Presbyterorum verò (supra Ordo) non potens generare Patres, per laevam generationem generat filios Ecclesie, non tamen Patres &c. Cum ergo ex tunc Epiphanius, Innocentius & Augustinus, æqualitatem inter Episcopos & Presbyteros inter damnatas hæreses recedentes, non est verisimile, Hieronymum, & alios contemporaneos, vel posteriores Patres, eam æqualitatem umquam docuisse, quamquam Aliqui id existimant.

Rogas, quomodo ergo intelligendus Hieronymus, supra à Calvino in contrarium allegatus? Respondeo; primum velle, in principio Ecclesie nomen Episcopi & Presbyteri fuisse commune. Et fortasse ( inquit Atriaga dist. 11. n. 18. ) ad initium Ecclesie, ob personarum paucitatem, omnes qui eligebantur in Sacerdotes, etiam consecrabantur Episcopi.

Sed hoc fortè non est verum; quia non est credibile, quòd in una civitate fuerint plures Episcopi, & tamen constat ex Act. 10. Episcopos fuisse plures Presbyteros.

Verisimilius apparet, quod Epiphanius Heret. 75. respondet Aërio, objicienti, quod Apostolus scribit Presbyteris & Diaconis, & non scribit Episcopis. Et tursus in alio loco Episcopis & Diaconis scribit. Cum, inquit, recens esset predicatio, sanctus Apostolus pro utriusque velut habebat scripsit. Vbi enim Episcopi erant, constituti, scripsit Episcopis & Diaconis. Non enim omnia statim posuerunt Apostoli constitui. Presbyteris enim opus erat & Diaconis, per hoc enim Ecclesiastica compleri possunt. Vbi verò non erant, est quis dignus Episcopatu, permansit locus sine Episcopo. Vbi autem opus fuit, & erant digni Episcopatu, constituti sunt Episcopi. Cum autem malitia non esset, non invenisunt inter ipsos, qui Presbyteros constituerentur, & contenti fuerunt solo Episcopo loco constituto. Verum sine Diacono impossibile est Episcopum. Et curam adhibuit sanctus Apostolus ad Diaconi adessent Episcopo, propter ministerium. Ecclesia accepit complementa dispensationis, sed tempore erant loci. Nam singula res non ab initio habuerunt, sed progressu temporis ea quæ ad necessarium perfectionem requiruntur, parabantur. Hæc ille.

Sed ego cum aliis Theologis dico: Nomen Presbyter, quod significat leniorem, & comitem Episcopum, quod significat superintendentem, olim universaliter usurpabatur, tam per



usurpabantur. Episcopis, quam pro simplicibus Sacerdotibus; quia & Episcopi seniores erant, & simplices Sacerdotes superintendentes.

Atque illud, & non aliud probant Scriptura, supra pro adversariis allegata, & alia similes, quas allegat Hieronymus supra, ut probet in primitiva Ecclesia, antequam schismata orirentur, eundem fuisse Presbyterum & Episcopum tam nomine, quam etiam regimine; quia nimirum communi consilio Episcoporum & Presbyterorum, tunc res Ecclesie administrabantur, ut patet ex Concilio Hierosolymitano, in quo actum est de Legalibus, ubi etiam cum Apostolis conveniant seniores, id est, Presbyteri Act. 15. v. 6. *Conveniant Apostoli & seniores videre de verbo hoc.* Sed postquam Sacerdotes illa potestate ceperunt abuti, subducen-tes se Episcopis, tamquam ab eis independentes, tunc & nomine Episcopi, & regimine communi privati fuerunt, & electus unus, qui superponeretur ceteris, ad quem omnis Ecclesie cura pertineret.

182. Interim semper Ordinatione Episcopos fuisse superiores Presbyteris, & per consequens dignitate, ostenditur evidenter ex testimonio ipsius Hieronymi supra commemorato: *Et quid facit Episcopus, excepta Ordinatione, quod Presbyter non faciat?* Ergo à principio Ecclesie Episcopus poterat ordinare, quod Presbyter non faciebat.

Et in fine Epistolae scribit in hæc verba: *Et ut sciamus traditiones Apostolicas, sumptas de veteri Testamento, quod Aaron & filii eius atque Levite in templo fuerunt, hoc sibi Episcopi, & Presbyteri & Diaconum vendicent in Ecclesia.* Quis autem necesse est, Aaronem divinam ordinatione fuisse dignitate superiore filii suis, & filii eius superiores Levitis?

Ergo similiter, secundum Hieronymum, semper in Ecclesia Christi ex divina ordinatione Episcopi fuerunt superiores Presbyteris, & Presbyteri Diaconis: quia potestas Episcoporum extendit se ad plures actus, quam potestas Sacerdotum, & potestas Sacerdotum ad plures actus, quam potestas Diaconorum, quæ extenso potestatis arguit in ipsis majorem quandam dignitatem.

183. Sed numquid etiam majorem jurisdictionem? Liqueat profecto, & Episcopum, & Sacerdotem, posse carere omni jurisdictione; sed & perspicue manifestum est, Episcopum per se loquendo majorem habere jurisdictionem sive immediatè à Deo, ut Aliqui volunt, sive immediatè à Pontifice, & mediatè solum à Deo, qui immediatè talem dignitatem seu Ordinationem Episcopalem instituit, tribuens Episcopo, per se ipsum immediatè, potestatem confirmandi & ordinandi; reliquens verò dispositioni Ecclesie, ut huic, vel illi talem dignitatem seu Ordinationem applicaret, & jurisdictionem ei annecteret.

Ordinatio itaque juris divini est, & ideo

circa eam Ecclesia non potest aliquam variationem inducere; at verò jurisdictione potius juris humani, & ideo tanta variatio circa eam; putà, restrictio, ampliatio, totalis sublatio, concessio etiam iis, qui nondum sunt ordinati seu consecrati Episcopi, immo nunquam consecrabitur, v. g. Prælati Religionum; qui similem habent jurisdictionem in suos subditos seu Religiosos. Sed de hoc puncto alibi latius tractavimus.

Tantum pro complemento hic addo; quod ait Leo Papa Ser. 3. de sua assumptione: *Si quid cum eo commune ceteris voluit esse principibus, nunquam nisi per ipsum dedit, quidquid aliis non negavit.*

Quæ cum ita sint, non dubitemus; sed firmiter asseramus, Episcopatum esse gradum eminentem in Ecclesia ex ordinatione divina super Sacerdotium, non propter nobilitatem actus, ut supra vidimus ex Scoto, sed propter universalitatem actuum, quos respicit: Cùm que unus istorum actuum sit Ordinatio Sacerdotum, quid evidentius; quam gradum illum ex institutione divina, non solum disponere ad actum aliquem sacerdotalem, sed etiam mediatè disponere ad Eucharistiam conficiendam?

Cur ergo non erit Ordo propriè dictus seu sacramentalis distinctus, esto non condistinctus (sicut alii Ordines inferiores) à Sacerdotio? Dico; *Esto non condistinctus &c.* quia secundum communem sententiam, quamvis non omnino certam, ut videbimus Conclusionè sequenti; Episcopatus essentialiter involvit Sacerdotium; secus, ut Omnes admittunt, alii Ordines inferiores.

Et ideo, juxta communem sententiam, Episcopatus esto distinctus; non repugnat numero septenario Ordinum; sicut non repugnat Sacerdotium quoad potestatem absolvendæ à peccatis; tametsi probabiliter sit Ordo, & Sacramentum distinctum à Sacerdotio quoad potestatem consecrandi, ut constat ex antea dictis; quia sunt tantum Sacramenta partialia, componentia unum totale Sacramentum, quod vocatur Sacerdotium simpliciter.

Et quamvis Sacerdotium simpliciter non componatur ex ordine Episcopatus, tamen quia Ordo Episcopatus Sacerdotium essentialiter includit, secundum communem sententiam, ideo merito sub Sacerdotio comprehenditur juxta illud Anacleti supra: *Sacerdotium Ordo bipartitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari.* Et infra: *Amplius quam isti duo Ordines Sacerdotum (simplicium videlicet & Episcoporum) nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt.*

Immo tametsi Episcopatus esset Ordo condistinctus à simplici Sacerdotio, ut probabile apparet, adhuc septenarius numerus Ordinum sustineri posset; sicut sustinetur septenarius numerus Sacramentorum, quantumvis sint septem Ordines specie distincti & condistincti.

T t t Di.

Episcopi est juris divini potius juris humani.

184. Conclaves

Episcopatus est Ordo sacramentalis distinctus à Sacerdotio.

185. Episcopatus non repugnat numero Ordinum.

Anacleti.

esto foret Ordo condistinctus.

usurpabantur. Episcopis, quam pro simplicibus Sacerdotibus; quia & Episcopi seniores erant, & simplices Sacerdotes superintendentes.

182. Interim semper Ordinatione Episcopos fuisse superiores Presbyteris, & per consequens dignitate, ostenditur evidenter ex testimonio ipsius Hieronymi supra commemorato: Et quid facit Episcopus, excepta Ordinatione, quod Presbyter non faciat? Ergo à principio Ecclesie Episcopus poterat ordinare, quod Presbyter non faciebat.

183. Sed numquid etiam majorem jurisdictionem? Liqueat profecto, & Episcopum, & Sacerdotem, posse carere omni jurisdictione; sed & perspicue manifestum est, Episcopum per se loquendo majorem habere jurisdictionem sive immediatè à Deo, ut Aliqui volunt, sive immediatè à Pontifice, & mediatè solum à Deo, qui immediatè talem dignitatem seu Ordinationem Episcopalem instituit, tribuens Episcopo, per se ipsum immediatè, potestatem confirmandi & ordinandi; reliquens verò dispositioni Ecclesie, ut huic, vel illi talem dignitatem seu Ordinationem applicaret, & jurisdictionem ei annecteret.

Ordinatio itaque juris divini est, & ideo



Dicendum autem tunc, Sacerdotium, quod est unum ex septem Ordinibus, non esse speciem infimam, sicuti Sacramentum Ordinis non est species infima. Vide supra dicta.

186. **Vasquez** putat Episcopatum non esse Ordinem distinctum. Ceterum propter hoc argumentum, Aliqui, timentes, ubi non est timendum, negant Episcopatum esse Ordinem distinctum à Sacerdotio, aut imprimere distinctum characterem; sed volunt solum esse perfectionem Sacerdotii, ita ut Episcopus sit quasi Sacerdos magis perfectus. Ita Vasquez disp. 240. n. 47. cum Aliis, quos citat.

**Resp. ejus ad Anacletum.** Et responderet ad Anacletum & alios Patres, qui similiter loquuntur, eos non multum curasse, utrum Episcopatus esset Ordo omnino à Sacerdotio diversus, tamquam integer quidam alius Ordo, an solum esset veluti perfectio Sacerdotii; sed ideo tamquam diversum enumerasse, ut munus Episcoporum distinctè explicarent.

**Rejicitur.** Sed quid erat opus distinctè explicare, quod non est distinctum; vel si distinctum est, sicuti reverà est; cur non etiam distinctus Ordo, per quem munus illud confertur?

187. **Alia responsio.** Præterea respondet Vasquez ad auctoritatem Anacleti; ideo dixisse hunc Pontificem, Sacerdotum Ordinem esse bipartitum, ne introduceretur medius, alius, qui postea introductus fuit, videlicet Chorepiscoporum, qui erant Episcopi villarum, subditi Episcopis civitatum, quorum arrogantiam retundit Damasus Epist. 5. ostendens, eos nullatenus esse Episcopos, tamen in Concilio Antiocheno cap. 10. ut supra retuli, dicantur manus impositionem Episcoporum percepisse, & ut Episcopos consecratos fuisse; quia videlicet in modica civitate vel in villa, aut castello, Episcopus fieri prohibetur.

**Damasus.** **Cone. Antiochenum.** Subscribo verba Pontificis: *Ecce nec locus cum Ordinatione concordat, nec Ordinatio cum loco: quoniam si Episcoporum manus impositionem percepissent, & ut Episcopi sunt consecrati, ubi sunt consecrati? Ad villam, quia xœquæ villa est apud Græcos. Et qualiter ad villam, sic nec in castello, aut in modica civitate licet fieri, rogo ut promatis, & si promere non potestis, quia (scio) per rationem aus plenam auctoritatem minime potestis, digitum ori imponite, & eos omni auctoritate carere non dubitate, scilicet quia tria obstant, quibus eorum cassatur actio vel instructio.*

188. **Rejicitur.** Sed contrà; utcumque sit de Ordinatione Chorepiscoporum, siue fuerint veri Episcopi, quia multa fieri prohibentur, quæ si facta fuerint, obtinent roboris firmitatem, cap. 16. Ad Apostolicam de Regu. siue non fuerint veri Episcopi, ut præterit Damasus; certum est, quod fuerint veri Sacerdotes, qui fieri possunt in villa, adeoque Ordo eorum pertinebat saltem ad simplex Sacerdotium, si non ad Episcopatum, quod ipsi præterebant, ut proinde non voluerint introducere medium alium Ordinem, sed esse de Ordine Episcoporum, causantes, parùm referre, quod in villa forent ordinati, dummodo à pluribus Episcopis eodem ritu, quo Episcopi civitatum.

Et verò Anacletum cogitasse de illis Chorepiscopis, quando scripsit illam Epistolam, unde constat, cum illo tempore nondum noti essent Chorepiscopi? Alioquin cur eorum non expressè meminisset? Itaque Pontifex distinctè enumeravit Episcopatum à Sacerdotio, non ob alium finem, quam ut ostenderet verè esse duplicem Ordinem Sacerdotii.

Eademque fuit intentio Leonis Pape Epist. 84. alias 82. c. 4. sequentis tenoris: *Nam cum extra Clericorum Ordinem constitutis, nuptiarum societate & procreantur filiorum studere sit liberum, et exhibendam tamen perfectæ continentie continentiam nec Subdiaconis carnale quidem concubium concupiscitur, ut & qui habent sint tamquam non habentes, & qui non habent permanent singulares. Quod si in Ordine, qui quartus à capite est, dignum est considerari: quantum magis in primo aut secundo, tertioque servandum est, ne aut levitico ministerio, aut presbyterali honore, aut Episcopali excellentia quodcumque idoneus existimetur, qui se à voluptate uxoris verum frenasse deiegitur.* Quomodo evidenter potuisset distinguere inter Episcopatum & Sacerdotium, quam ponendo illum primum, hunc autem secundum?

Respondet Vasquez supra n. 49. id fecit Leonem, ut ostenderet, quod majori ratione Episcopi lege continentie tenerentur quàm reliqui inferiores.

Sed contrà; cum lex continentie sit potius propter Ordinem propriè dictum, si majori ratione tenetur Episcopus illa lege, quidem existit, si non majori, saltem æquali ratione Episcopatus sit Ordo propriè dictus, distinctus à Sacerdotio?

Sanè Tridentinum semper distinctè enumerat Episcopatum & Sacerdotium, ut patet ex supra dictis. Atque, sicut non semel diximus, Episcopi succedunt Apostolis: Sacerdotes vero septuaginta duobus Discipulis. Sicut ergo Apostoli habuerunt potestatem omnino distinctam à potestate septuaginta duorum Discipulorum, ita etiam oportet Episcopos habere potestatem omnino distinctam à potestate simplicium Sacerdotum.

Nec dixeris; solum esse differentiam in potestate jurisdictionis, nam sic deberent potius plures Ordines Episcoporum, cum Alii Alios habeant majorem jurisdictionem, ut patet in Pontifice, Patriarchis, & Archiepiscopis. Et tamen secundum Anacletum supra c. 3. Episcoporum Ordo unus est, licet sint Primates, qui primas civitates tenent, qui & in quibusdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur.

Sed dicit aliquis; potestas consecrandi & absolvendi constituunt unum Ordinem Sacerdotii; ergo etiam potestas consecrandi & absolvendi.

Respondet negando Consequentiam. Dicitur



paritas; quod Ecclesia nupiam Episcopatum & Sacerdotium dixerit unum Ordinem: Congruum etiam erat (inquit Hiquæus in suo Commentario 4. dist. 24. q. unicâ n. 39.) ut habens potestatem in Corpus Christi verum, illudque conficiendi, etiam haberet potestatem in corpus mysticum remittendi peccata, quatenus hæc requiritur ad dignam sumptionem Sacramenti, cuius ministerium primò competit Sacerdoti ex officio & suo gradu; proinde etiam eidem potestas conciliandi peccatores concessa fuit, ut disponens ad usum legitimum Sacramenti: non ita est in proposito; quia usus unius potestatis non ordinatur ad actum alterius, ideoque nequit una dici compleri per aliam, aut utraque potestas coire in unam. Hæc ille.

Sed commodè intelligendus, ut usus potestatis Episcopalis non ordinatur ad actum potestatis sacerdotalis in eodem subiecto, id est, non ideo confertur Sacerdoti potestas Episcopalis, sive potestas ordinandi, & confirmandi, ut ipse consecret vel absolvat à peccatis; sicut datur potestas absolvendi, ut ipse distribuat peccatoribus Eucharistiam.

Alioquin usus potestatis Episcopalis, putà Ordinatio alicujus in Sacerdotem, ordinatur ad actum potestatis sacerdotalis, scilicet ad consecrationem Eucharistiae; ideo enim aliquis ordinatur Sacerdos, ut ipse consecret, sed hoc non sufficit, ut illæ duæ potestates in unam coalescant, vel ut una possit dici compleri per aliam. Cujus signum est, quod plerumque una potestas datur sine alia, & permaneat sine alia, scilicet potestas sacerdotalis, sine potestate Episcopali; cum tamen nunquam datur potestas consecrandi, quin per se loquendo post parvam moram etiam datur potestas absolvendi. Ergo major est ratio dicendi, potestatem consecrandi compleri per potestatem absolvendi, aut utramque in unam coire, quam potestatem consecrandi, & absolvendi, compleri per potestatem ordinandi, & confirmandi, aut utramque in unam coire.

Proinde si verum est (quod puto) potestatem absolvendi, est essentialiter præsupponat potestatem consecrandi, nihilominus imprimere distinctum characterem, ut probavimus Conclusionem præcedenti: multò verius erit, Ordinem Episcopalem, est præsupponeret Ordinem sacerdotalem, nihilominus imprimere distinctum characterem.

Etenim verò quod imprimat characterem, ex eo colligi potest, quod Episcopus quantumcumque depositus ab officio, sine nova Ordinatione reponitur in priori gradu. Cum autem sit novus, & distinctus Ordo, quidni imprimat novum & distinctum characterem? Etenim qualitas aliqua non extenditur per additionem qualitatis alterius speciei, sed ejusdem: jam autem character Episcopalis est distinctæ speciei, nam confert potestatem ad actus speciei distin-

ctos, seu potius est signum hujusmodi potestatis. Unde & materia & forma Ordinationis Episcopalis specie distinguitur à materia & forma Ordinationis sacerdotalis; ergo consimiliter distinguuntur effectus, id est, potestates, & signa potestatum seu characteres.

Nec obstat essentialis subordinatio istarum potestatum & characterum; quia eadem reperitur inter characterem Baptismi & Confirmationis, item Baptismi & Ordinis; ergo ex eo capite non colligitur characterem sacerdotalem & Episcopalem facere unum magis, quam characterem Baptismi & Confirmationis; item Baptismi & Ordinis.

Imò (inquit Hiquæus supra n. 36.) majori fundamento posset dici, idem character Subdiaconatus extendi ad Diaconatum; quia hic gradus potest supplegere alterum, & Presbyter officium Diaconi; sed neque Episcopatus, si seorsim dari posset, suppleret Sacerdotium, neque Sacerdotium potest supplegere Episcopatum, neque Episcopus in quantum Episcopus absolvit aut consecrat, sed in quantum Sacerdos; neque è contrà Sacerdos in quantum Sacerdos ordinat & confirmat, sed in quantum Episcopus. Hæc ille.

Sed unde constat, quod Diaconatus seorsim datus, possit supplegere Subdiaconatum? Et quod Diaconus in quantum Diaconus canet Epistolam? Cumque non sit essentialis subordinatio inter illos Ordines, sed character Diaconatus possit imprimi, non impresso adhuc characterè Subdiaconatus; videtur esse ex hac parte minus fundamentum dicendi, Subdiaconatum extendi ad Diaconatum.

Ut sit de majori vel minori fundamento; sufficit, in casu nostro esse solidum fundamentum negandi extensionem, & asserendi distinctionem, quod fundamentum jam assignatum fuit. Præsertim cum non possit efficaciter probari, Episcopatum essentialiter prærequirere Sacerdotium, ut ostendo sequenti Conclusionem, quæ talis est:

CONCLUSIO IX.

Haud omnino improbabiler, sicut Episcopatus ad sui valorem non prærequirit Confirmationem aut Diaconatum, sic nec Sacerdotium; ita ut Episcopus non Sacerdos validè ordinaret alium in Sacerdotem, sicut validè non confirmatus confirmat, & non baptizatus baptizat.

Non invenio Auctorem impressum pro hac Conclusionem, præter Ludovicum de Seildere in Synopsi Theol. de Sacramentis §. 95. in fine.

Hiquæus.

193. Quomodo ordinatur & non ordinatur alius unius potestatis ad actum alterius.

194. Ordo Episcopalis imprimere distinctum characterem.

195. Occurrunt objectioni.

An Diaconatus seorsim datus possit supplegere Subdiaconatum?

196. Examinata sententia affirmativa.

197. Hanc Conclusionem docet Ludovicus de Seildere.



Aversa.

fine. Quamvis enim, teste Aversa q. 1. de hoc Sacramento, sect. 9. §. Hinc similiter, plerique ex Canonistis contendunt, Ordinem & gradum Episcopalem, non ex intrinseca ratione sui, & institutione Christi, sed tantum ex præcepto Ecclesie debere supponere Ordinem & characterem sacerdotalem; ita, ut si quis non Sacerdos ordinetur in Episcopum, valeat hæc Ordinatio, nec sit iteranda; attamen fatentur, quod sic ordinatus Episcopus, non solum deberet abstinere ab exercitio & administratione talis Ordinis: sed etiam, quod nihil faceret, si conferre tentaret alteri Ordinem Sacerdotii, & similiter de quocumque alio Ordine, qui sibi deesset: eò quod non posset dare Ordinem, quem in se non haberet. Igitur illi Canonistæ, quamvis pro parte nobilicam sentiant, tamen etiam pro aliqua parte à nobis dissentiunt.

198.  
Primam  
ejus partem  
tenet Gloss.  
in c. Sollicitudo  
dist. 52.

Examinemus singulas partes, atque imprimis partem illam, quæ ait, Episcopatum ad sui valorem non præquirere Sacerdotium, quam docet Gloss. in cap. Sollicitudo dist. 52. verb. Subdiaconatus, in fine: Dicitur, inquit, quod laicus recipit Ordinem Sacerdotii, & etiam Episcopatus; quia character imprimitur, si conferatur in forma Ecclesie ab eo, qui potestatem habet, ut extra de Clerico per saltum promotus, c. 1. & hoc dummodo sit baptizatus; nec decret. illa: Ex litteris, in aliquo contradicit.

quam am-  
plectitur  
Hofst. Ioan.  
Andreas,  
Geminia-  
nus & Alii,

Hanc Glossam amplectitur Hofstien. Ioan. Andreas, Geminianus; & Alii in cap. un. de Clerico per saltum promotus, & in cap. Ex litteris, de Excess. Prælat. Iacobatus lib. 10. de Concil. a. 7. Et probabilem censet Tolet. lib. 1. Sum. cap. 50. n. 10. dicens: Fatentur Omnes, si quis habeat Sacerdotium, etiam sine inferioribus Ordinibus, si Episcopus ordinetur, tenere Ordinem; tamen si non est Sacerdos, non tenere, nec esse Episcopum; ita tenet Archidiaconus. can. Sollicitudo & Gloss. cap. unico de Clerico per saltum promotus, cum aliis etiam Doctoribus, id ipsum sentientibus; hi nituntur eo maxime fundamento, quia character Episcopatus non est distinctus in substantia à characterem Sacerdotii, quæ opinio est communior inter Theologos.

199.  
Eamque  
probabilem  
existimat  
Toletus.

Alii, existimantes esse distinctum characterem, affirmant, Episcopatum etiam laico collarum tenere, id habet Gloss. can. Sollicitudo dist. 52. & Panormitanus cap. unico de Clerico per saltum promotus, ubi eam dicit communem sententiam, fateorque utrumque probabile, & propter utriusque partis opiniones, si casus eveniret, Ordines omisi essent suscipiendi absolute; Episcopatus verò sub conditione propter dubium: quando enim est dubium, debet etiam Ordo, sicut & Baptismus sub conditione exhiberi. Hæc ille.

Adde Covarruviam lib. 1. variarum c. 10. n. 16. ubi licet rem sub dubio relinquat, tamen in fine sic ait: Quod si Episcopatus sit Ordo

proprie censendus, tunc facillimum erit probare, eum qui Sacerdos non sit, posse Episcopatum consecrari, ut tandem consecratio teneat.

Cum ergo nos teneamus, Episcopatum esse Ordinem proprie dictum, nullus debet mirari, si consequenter teneamus, eum qui Sacerdos non sit, valide posse Episcopatum consecrari. Et facillime probamus ex cap. unico de Clerico per saltum promotus; quia non est major ratio asserendi essentialiam dependentiam Episcopatus à Sacerdotio, quam Sacerdotii à Diaconatu, aut aliis Ordinibus inferioribus; sed constat ex illo capite non esse dependentiam essentialiam Sacerdotii à Diaconatu aut aliis Ordinibus inferioribus; ergo etiam constat non esse dependentiam essentialiam Episcopatus à Sacerdotio.

Sanè cum hæc dependentia pure pure sit voluntatis instituentis, potuit Christus institui tuere Episcopatum independentem à Sacerdotio, sicut instituit ipsum independentem à Diaconatu, & sicut instituit Sacerdotium independentem ab aliis inferioribus Ordinibus. Quod autem fecerit, quod potuit facere, probatur, quia ad negandam dependentiam sufficit, quod non constat de voluntate contraria instituentis cum enim Episcopatus sit Ordo similis aliis Ordinibus, cur magis præsumenda ejus dependentia, quam aliorum? Numquid aliquid proprium voluntatis Christi magis de uno, quam de alio Ordine?

Planè, inquis; quia nunquam legitur Sacerdos fuisse consecratus Episcopus, sed legitur non Diaconus, fuisse ordinatus Sacerdos, non Subdiaconus, Diaconus.

Respondeo; num etiam usquam legitur, laicus fuisse ordinatus Sacerdos? Et tamen ordinaretur, valeret Ordinatio. Inde ergo videtur sequitur; quod aliquando contra præceptum Ecclesie non Diaconus fuerit ordinatus Sacerdos, & non Subdiaconus, Diaconus, quod facilius contingere potest in istis Ordinibus, qui frequentiores sunt, & non tantum præcipuum examen, quantum Ordo Episcopatus, qui rarus est, & non solet conferti, nisi præmissis diligentissimo examine de qualitatibus ordinandi necessariis, sive ex præcepto Ecclesie, sive ex necessitate Sacramenti.

Et quia nunquam aliquis talis casus accidit in Ordinatione Episcopi, ideo expressam decisionem ejus non invenimus in aliquo jure; sed è converso autem, quia aliquando talis casus accidit in Ordinatione Sacerdotii & Diaconi, ideo expressam ejus decisionem in aliquo jure invenimus; interim jus, id decernendo in his Ordinationibus, satis significat, quid sit statuentium in aliis Ordinationibus, si similes casus occurrerent.

Hinc dist. 52. generaliter de omnibus Ordinibus præmittitur: Qui verò præmissis aliquo modo gradibus, non superbia, sed negligentia, ad



Sect. 1. De ejus Institut. & Essentia Concl. 9. 517

maiores gradum ascenderit, tandem ad maioribus ablineat, quousque congruo tempore pratermissos accipiat.

Immo & specialiter cap. Qui in aliquo, 5. dist. 51. (quod desumptum est ex Concil. Tolitano 4. cap. 18.) in Episcopo ordinando requiritur, quod per gradus Ecclesiasticos ascenderit, & in fine cap. dicitur: Si quis deinceps contra predicta verita Canonum ad gradum Sacerdotii (id est, Episcopatus) indignus aspirare contenderit, cum Ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit. Non dicitur, Ordinationem fore invalidam, sed contrarium potius significatur; quoniam subicitur eidem poena cum suis Ordinatoribus, quorum Ordinatio manet valida. Atque plura ibi impedimenta enumerantur, quae procul dubio non reddunt Ordinationem invalidam, sed solum illicitam.

Subdo verba Concilii: Qui in aliquo crimine detecti sunt, qui insaniam nota aspersi sunt, qui scelera aliqua per publicam poenitentiam se admisisse confessi sunt, qui in haeresim lapsi sunt, vel qui in haeresi baptizati esse noscuntur, qui semetipsos absiderunt, aut naturali defectu membrorum, aut decisione aliquid minus habere noscuntur, qui secunda uxoris coniunctionem sortiti sunt aut numerosa coniugia frequentaverunt, qui viduam vel a marito derelictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas aut fornicarias habuerunt, qui servili conditioni obnoxii sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti vel laici sunt, qui saeculari militia dediti sunt, qui curia nexibus obligati sunt, qui inscii literarum sunt, qui nondum ad triginta annos pervenerunt, qui per gradus Ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honorem querunt, qui muneribus honorem obtinere moluntur, qui a decessoribus in Sacerdotium eliguntur. Sed nec ille deinceps Sacerdos (id est, Episcopus) erit, quem nec Clerus, nec populus propria civitatis elegit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprovincialium Sacerdotum assensus non exquisivit. Hucusque Concilium. Quis autem verè dicere potest, omnes Ordinationes, aliter factas, fore invalidas?

Accedat (dicit aliquis) cap. 1. dist. 61. ubi Gregor. Brunichildam Reginam Francorum, quae faciebat laicos in Episcopos promoveri, redarguit & reprehendit dicens: Sacerdotale officium vestris in partibus in tantam (sicut didicimus) ambitionem perductum est, ut Sacerdotes (id est, Episcopi) subito, quod grave nimis est, ex laicis ordinentur.

Si eorum Ordinatio erat invalida, cur Pontifex non mandat, ut iteratò ordinentur? Quippe id necessarium erat ad evitandas maximas confusiones, puta invalidas Ordinationes & Confirmationes. Itaque solum improbat subitas illas Ordinationes Episcoporum ex laicis, tamquam iniquas & malas, ut notat Gloss. ibi verb. Subito, dicens: Et ita inique & male. Iniquitas enim omnia praecipitat. Ergo etiam invalidè, negatur Consequentia, nam Multa fieri prohibentur, quae si facta fuerint obtinent robore firmi-

tatem, extra de Regular. cap. Ad Apostolicam, 16.

Nec dixeris; loquitur Gregorius de simplicibus Sacerdotibus: nam verbis praallegatis illico attextit: Sed quid isti alturi, quid populo praefiaturi sunt, qui non ad utilitatem, sed fieri ad honorem Episcopi concupiscunt? Et infra: Et ut nullà deinceps valeat occasione committi, Synodum fieri iussio vestra constituat, ubi presente dilectissimo Filio nostro Cyriaco Abbate, sub distincta anathematis interpositione debeat interdici, ne ullus ex laico habita subito ad Episcopatus audeat gradum accedere, neque pro Ecclesiasticis Ordinibus cultibus quidquam dare vel ausus sit accipere &c.

Atque ut etiam intelligeretur de simplicibus Sacerdotibus, sane nullum verbum est, quod excludit Episcopos, vel quod cogat nos eos excludere; immo complura cap. subsequenta in eadem distinctione, satis manifestè ostendunt, hic sermonem esse de Episcopis, & non de simplicibus Sacerdotibus.

Fortè responderi posset; in his iuribus non agi de Ordinatione laici in Episcopum, praetermissis aliis Ordinibus intermediis; sed illis susceptis subito, id est, sine debitis interstitiis. Et tunc nihil faciunt ad hoc propositum. Interim cum nullum jus allegetur, aut possit allegari, sive particulare, sive generale, in quod claris verbis exprimat essentialis dependentia Episcopatus à Sacerdotio, eaque provenire debeat à voluntate Instituentis, quousque haec magis eluxerit, adhæreo sententiae communi Canonistarum.

Quod si inferas; ergo etiam dici poterit, potestatem absolvendi non supponere essentialiter potestatem consecrandi; Respondeo negando Consequentiam, quia in Concilio Tridentino sess. 14. can. 10. scriptum est: Si quis dixerit, non solos Sacerdotes esse ministros Absolutionis, sed omnibus & singulis Christi Fidelibus esse dictum; Quaecumque alligaveritis super terram &c. anathema sit. Ergo solis Sacerdotibus dictum est Quaecumque alligaveritis &c. Ergo invalidè illa verba: Accipe Spiritum sanctum, quorum remisit peccata &c. dicerentur non Sacerdoti, id est, ei, cui, non prius collata fuisset potestas consecrandi corpus Christi verum per traditionem calicis &c. & illa verba: Accipe potestatem &c.

Deinde nullus Catholicorum est, qui haec de hac essentiali subordinatione dubitaverit; cum tamen Multi fiat, qui de illa dubitent, immo etiam negent eam.

Sed numquid non Sacerdos, ordinatus Episcopus, idque validè secundum nostram sententiam, poterit validè ordinare alios Sacerdotes? Afirmat secunda pars Conclusionis, pro qua non invenio Auctorem impressum sive Canonistam, sive Theologum, praeter Ludovicum de Scildere in principio Concl. allegatum. Alii omnes docent oppositum, hac ratione tantum; quia sic ordinando daret, quod ipse non habet.

205. Occurrit objectioni.

206. Responsio aliqua ad praallegata iura.

207. Objectio. Solvitur. Cent. Trid.

208. Episcopus non Sacerdos poterit validè ordinare alios Sacerdotes.

De Scildere.

Cap. 9. dist. 51.

203. Referuntur verba Concil. Tolit. 4. ad hoc propositum.

204. Aliqui probant eandem veritatem ex c. 1. dist. 61.



Satis sit fun-  
damento  
opposita  
sententia.

Sed hæc ratio facile solvitur, dicendo; quod  
Episcopus non confirmatus det alteri Confir-  
mationem seu characterem Confirmationis,  
quem ipse non habet. Et sic etiam non bap-  
tizatus potest dare alteri characterem Baptismi,  
quem ipse non habet. Cur ergo similiter Epi-  
scopus non Sacerdos, non possit alteri dare cha-  
racterem Sacerdotii, quem ipse non habet;  
sicut potest dare gratiam Sacerdotii, quam ipse  
non habet? Quamvis enim non habeat forma-  
liter, habet tamen virtualiter, id est, habet po-  
testatem dandi Sacramentum, quod per se con-  
ferret characterem & gratiam.

209.  
Nostra sen-  
tentia pro-  
batur,

Sed hoc, inquis, est, quod queritur, & pro-  
batum oportuit, non suppositum. Probo ergo;  
quia effectus valida Ordinationis Episcopalis,  
est potestas confirmandi, & ordinandi; ergo si  
valet Ordinatio Episcopi non Sacerdotis, jam  
eo ipso Episcopus non Sacerdos habet potesta-  
tem confirmandi & ordinandi; cur ergo sicut  
dabit aliis characterem Confirmationis, est  
ipse eum non habeat, cur, inquam, simili ratio-  
ne non dabit aliis characterem Ordinis Sacer-  
dotii, tamen ipse eum non habeat? Sola vo-  
luntas divina potest esse ratio disparitatis, de  
qua voluntate nobis non satis constat, & ideo  
perstimus in Conclusionem, eo semper suppo-  
sito, ut Episcopatus sit Ordo distinctus à Sa-  
cerdotio, qui valide possit conferri non Sa-  
cerdoti.

210.

Si autem à me queritur; an sicut Episcopa-  
tus est Ordo propriè dictus, distinctus à Sa-  
cerdotio, ita etiam Papatus sit Ordo propriè di-  
ctus, distinctus ab Episcopatu.

Papatus  
non est Or-  
do distin-  
ctus ab E-  
piscopatu.

Respondeo negativè, cum communi senten-  
tia tam Canonistarum, quam Theologorum,  
nemine excepto. Et ratio est; quia præviâ elec-  
tione, confertur Papatus personæ electæ, sine  
alio sensibili ritu, aut materiæ & formæ appli-  
catione, confertur, inquam, à Christo immediatè,  
ut suppono ex Traç. de Fide.

211.

Episcopus  
Rom. alios  
Episcopos  
vocat Co-  
episcopos  
& Fratres,  
ex Clem.  
Roman.

Unde Episcopatus est Ordo supremus. Ipse-  
que Romanus Episcopus, reliquos Episcopos  
appellat Coepiscopos & venerabiles Fratres.  
Clemens Romanus Epist. 3. in principio: Cle-  
mens urbis Roma Episcopus, omnibus Coepiscopis &c.  
Et Epist. 5. Dilectissimis Fratribus & Condiscipu-  
lis Hierosolymis cum charissimo Fratre Iacobo Co-  
episcopo habitantibus, Clemens Episcopus &c. Item  
Evaristo, Epist. 1. quæ sic incipit: Dilectissimis  
Fratribus universæ Africa regionis (intelligit Epi-  
scopos Africanos) Episcopus Evaristus. Et alii  
Pontifices similiter loquuntur, ut videre est in  
eorum Epistolis scriptis ad Episcopos.

& Cyprian.

Sed & Cyprianus Epist. 52. aliàs lib. 4.  
Epist. 2. Cornelium Papam primò vocat suum  
Coepiscopum, ibi: Et cum Cornelio Coepiscopo  
nostro unum tenere consensum. Deinde Collegam  
suum, ibi: Ut exemplum earundem litterarum ad  
Cornelium Collegam nostrum transmitterem. Deni-  
que charissimum Fratrem, ibi: Nam sicut ante-

cessores nostri sapè fecerunt, colligendis fratribus no-  
stris, charissimus Frater noster Cornelius &c.

Eodem nomine appellat Stephanum Ponti-  
ficem Epist. 72. aliàs lib. 2. Epist. 1. in prin-  
cipio: Ad quosdam disponenda & consilii commata  
examinatione limanda; necesse habuimus Frater chari-  
ssime, convenientibus in unum cogere & celebrare  
Concilium.

Rogas, quid ergo Papatus superaddat Episco-  
patui? Respondeo citius, officium quoddam  
seu dignitatem cum summa potestate jurisdic-  
tionis in totam Ecclesiam omnemque Fideles.  
Quæ utique dignitas instituta est à Christo, &  
primò quidem collata Petro, quando ei dixit:  
Pascite oves meas, Joan. 21. v. 17. tali conditio-  
ne, ut deinceps jure ordinario in perpetuum reuo-  
cetur, per successionem unius Pontificis post  
alium, prout semper in Ecclesia observatum  
est, & usque in finem observabitur.

Hæc ergo est suprema dignitas in Ecclesia  
Christi; quam sequitur dignitas Cardinalatus,  
quæ nec ipsa verus Ordo est, ut Omnes fere-  
tur, cum neque per modum Ordinis conferatur,  
neque aliquod Ordinum exercitium ei con-  
spondeat.

Sed nunquid à Christo instituta? Multi  
firmant apud Averla hæc quæst. 1. sect. 8. in  
principio. Qui propterea notant, non posse  
Pontifice extingui Collegium Cardinalium,  
sicut non possunt immutari alia instituta, quæ  
sunt de jure divino.

Deducunt autem Aliqui eorum hanc in-  
stitutionem ex jure ipso divino antiquo, quod  
Num. 11. v. 16. Dicit Dominus ad Moysen: Con-  
grega mihi septuaginta viros de senioribus Israë, qui  
tu nosti, quod senes populi sint ac Magistri: & sta-  
es ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque tua  
cum, ut descendam & loquar tibi: & assignabo  
spiritu tuo, tradamque eis, ut suscipiant tecum impe-  
rabit, & non tu solus graveris.

Rursusque quando Deutero. 17. Moyses  
prescripsit, ut simul cum summo Sacerdote  
Iudice adstarent alii Sacerdotes levitici generis  
ad ferendas sententias & leges, v. 8. & 9. &  
difficile & ambiguum apud te iudicium esse propo-  
nis inter sanguinem & sanguinem, causam & cau-  
sam, lepram & lepram, & iudicium inter a partem  
videris verba, variari: surge & ascende ad locum,  
quem elegerit Dominus Deus tuus. Venisti ad  
Sacerdotes Levitici generis, & ad Iudicem, qui  
erit eo tempore, quæresque ad eis, qui iudicabit  
tibi iudicii veritatem &c.

Quæ verba Innocentius tertius cap. Perve-  
nerabilem, 13. Qui filii sint legitimi, applicat  
summo Pontifici, & ceteri Cardinalium  
cens: Sunt autem Sacerdotes Levitici generis  
nostri (Cardinales intelligit) qui nati sunt  
Levitico in executione sacerdotis officii exaltati  
existunt. Is verò super eos Sacerdos sine Iudice  
cui Dominus inquit in Petro: Quocumque ligaveris  
veris super terram erit ligatum & in cælis.



Vicarius, qui est sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech, constitutus à Deo Iudex vivorum & mortuorum. Tria quippe distinguit iudicia: primum inter sanguinem & sanguinem, per quod criminale intelligitur & civile: ultimum inter lepram & lepram, per quod Ecclesiasticum & criminale notatur: medium inter causam & causam, quod ad utrumque refertur tam Ecclesiasticum quam civile: in quibus cum aliquid fuerit difficile vel ambiguum, ad iudicium est Sedis Apostolicae recurrendum.

69. 27. de Bulla in 6.

Confimiliter loquitur Nicolaus 3. cap. 17. Fundamenta, de Elect. in 6. §. Decet namque ipsi Romano Pontifici per Fratres suos sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinales (qui sibi in executione officii, sacerdotalis coadiutores assistunt) libera provenire consilia.

215. Uti etiam Sixtus 5. Bulla 30.

Et rursus Sixtus quintus Bulla: Postquam vetus ille, 50. apud Cherubinum, in qua agitur de Cardinalium creandorum praestantia, numero, ordine, aetate & qualitatibus, circa principium hulle sic ait: Sicut in Cathedra ipsius Petri successor, & verus Christi Vicarius Romanus Pontifex divinam praedestinationem, eiusdem supremae Apostolicae dignitatis fastigium & locum in terris tenet, ita etiam sacrosanctae Romanae Ecclesiae Cardinales representantes personas sanctorum Apostolorum, dum Christo Salvatori regnum Dei praedicant, atque humanae salutis mysterium operanti ministrant, eisdem Pontifici in executione sacerdotalis officii, & in dirigenda ipsa Ecclesia Catholica, cui praesit, consiliiarii & coadiutores assistunt, quasi oculi & aures ac nobilissima sacri Capitis partes, & praecipua illius membra à Spiritu sancto constituta, qui in hac ipsa Ecclesiastica Hierarchia divinam dispositione, instar illius caelestis, cui ex altera parte respiciunt, ordinata, ad altissimum gradum electi cum ipso Romano Pontifice communi Patre ac Pastore &c.

Et infra §. 4. volens statuere septuaginta numerum Cardinalium, rationem reddit hinc verbis: Ac ut veteris Synagoga figura sanctae & Apostolicae Ecclesiae veritati respondeat, sequi cupientes mandatum Domini factum ad Moysen, de congregandis septuaginta viris de senibus Israel, quos nosset senes populi esse & magistros, ut secum onus populi sustentarent, & non ipse solus gravaretur.

216. Aliqui dicunt Christum esse creatum Card. Luc. 10. Alii in ipso collegio Apostolorum.

Ex quibus postremis verbis Aliqui deduxerunt, Christum instituisse, & primò veluti creasse Cardinales, dom Luc. 10. designavit septuaginta duos Discipulos. Alii autem dixerunt, potius instituisse & creasse in ipso collegio Apostolorum, ut indicant priora verba Sixti; & significare videtur Eugenius 4. in Epist. ad Episcopum Cantuariæ (quam refert Bzovius ad annum Christi 1439. n. 143.) ibi: Decuit etiam cum summus Pontifex Christi representet personam, ut quemadmodum Christo conversanti in terris assistebant Apostoli, ita etiam Cardinalium cœtus, Apostolicum representans, coram Papa assisteret: reliqui verò Episcopi ubique diffusi Apostolos representant, ad praedicandum per orbem missos.

217.

His tamen non obstantibus, communior

pars Theologorum, quos citat, & sequitur Averla supra §. Sed tamen alii Doctores, existimant, Cardinalitiam dignitatem, qualis de facto est in Ecclesia, non esse institutam à Deo, sed ab hominibus, & ideo ab hominibus tolli posse.

Cardinalatus qui de facto est, non est à Christo institutus.

Dixi; Cardinalitiam dignitatem, qualis de facto est in Ecclesia, id est, quoad modernam sublimitatem, quâ Cardinales antecellunt Episcopos, Archiepiscopos, &c. & quoad jus eligendi Papam. Potrò hanc dignitatem non fuisse à Christo institutam, patet; quia olim Cardinales non Episcopi, minores erant dignitate Episcopis; ita ut relicto Cardinalatu allumerentur in Episcopos, ut constat ex Ecclesiasticis historiis.

Et ex eisdem luce meridiana clarius est, electionem Pontificis non fuisse semper penes Cardinales; aut saltem solos Cardinales, sicut de facto est ex lege Pontificia.

Quin immo hominem Cardinalis, à principio Ecclesiae non fuisse usitatum, docet expressè Eugenius 4. supra in sua Epist. §. 4. dicens: Quippe est huius dignitatis nomen, quod modo in usu est, ab initio primitiva Ecclesia non ita expressum fuit, officium tamen ipsum à beato Petro, eiusque successoribus institutum evidenter invenies. Immo, ut inquit Innocentius tertius, ex veteri Testamento iussa Dei traxit originem. Asserit enim, id, quod Deuter. 17. dicitur, ut pro difficultate & ambiguitate iudicii accedat ad sacerdotes Levitici generis, & Iudicem, qui fuerit illo tempore, & obediat ipsorum iudicio, qui praesunt loco, quem Dominus elegerit, de summo Pontifice intelligendum, & fratribus eius, id est, S. R. E. Cardinalibus, qui et iure Levitico in executione sacerdotalis officii coadiutores existunt.

218. Nomen Cardinalis ab initio Ecclesiae non fuit usitatum, ex Eugenio 4.

Itaque & ab exordio Ecclesiae, sicut & hodie summis Pontificibus in regenda, gubernandaque universali Ecclesia assistebant. Et ut ex Concilio Stephani Papa colligitur dicens: Oportebat ut hæc sacrosancta Domina Romana Ecclesia, juxta quod à Beato Petro, & jus successoribus institutum est, ritè ordinaretur, & in Apostolatus culmine unus de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis conservaretur, datur manifestè intelligi, hos fratres nostros, qui inter Cardinales locantur, tempore Beati Petri existisse. Hucusque Eugenius.

219. Quando fuerit institutum ex eod. Pont.

A quo si peras, quando ergo coadiutores Pontificis vocati fuerint Cardinales? Consequenter respondet §. 5. ejusdem Epist. In consilio Niceni Concilii Beatus Silvester, qui cepit Ecclesiam regere anno Incarnationis Domini tercentesimo trigésimo vel circiter, in Synodo generali congregatis praesidens, hos coadiutores suos nuncupavit Cardinales & magno admodum privilegio insignivit, quales nullus Patriarchatum, Archiepiscopatum & Episcopatum, in Canonibus habere reperitur, ut videlicet sine plurimâ testium multitudine damnari non debeant.

Quis nunc non videt, modo oculos habeat apertos ad videndum, praeminentiam, quam hodie Cardinales habent, non esse ex institutione divina



divina, sed purè purè ex lege seu institutione Ecclesiæ? Immo nec ipsum Officiu à Christo fuisse institutum? Nam ait Eugenius: *Officiu tamen ipsum à beato Petro eiusque successoribus institutum evidenter invenies.*

220.  
Quomodo  
intelligen-  
dus Sixtus  
quintus ex  
Aversa.

Igitur Sixtus quintus, qui videtur dicere, à Christo Officiu fuisse institutum, ut patet ex verbis suprà allegatis, commodè intelligendus est, scilicet, Christum Dominum inter alia documenta, quibus Ecclesiam suam instruxit, admonuisse Petrum, & in eo omnem alium successorem, ut principales aliquos ex Clero sibi in adiutores assumeret, quorum opera & consilio in Ecclesiæ regimine uteretur, & hoc pacto credi potest instituisse aliquo modo Collegium Cardinalium, ita ut fas non esset summo Pontifici, salvâ hâc lege Christi, illud extinguere. Et ita credendum est, semper ab initio Ecclesiæ electos fuisse huiusmodi principales de Clero, qui ex officio Pontifici assisterent: quàmvis non nisi temporis progressu eorum dignitas & auctoritas adaucta sit. Ita Aversa suprà §. *Præcipuè autem.*

& Herinex.

Quod quidem ( inquit Herinex hîc n. 19. ) indubiè fieri potuit; non constat tamen à Christo factum esse. Aliunde autem satis dictabat ratio naturalis, præsertim illuminata per fidem, Pontificem debere pro exigentia rerum tractandarum, quæ plurimæ eaq̃ue gravissimæ jugiter occurrunt, adhibere debitum consilium. Quàmvis non foret omnino necessarium assumere stabiliter eosdem, aut certum genus personarum in hac illa dignitate constitutarum, vel constituendarum. Quare recepta Theologorum doctrina gradûs Cardinalitii institutionem simpliciter refert in ipsos summos Pontifices, à quibus proindè absolutè loquendo extingui posset, ut Varii notant, etsi non sit credibile id unquam futurum. Hæc ille.

221.  
Iudicium  
Austoris.

Meo iudicio verba Sixti quinti, superius allegata, plûs aliquid videntur significare, dum vocant Cardinales, *Membra à Spiritu sancto constituta, qui in hac ipsa Ecclesiastica Hierarchia divina dispositione, instar illius celestis, cui ex altera parte respondet, ordinata, ad altissimum gradum*

evelli cum ipso Romano Pontifice communi Patre ac Pastore &c.

Nonne quia Tridentinum definit sess. 21. can. 6. Ecclesiasticam Hierarchiam, divinatione institutam, consistere ex Episcopis, Presbyteris & Ministris, Theologi communitè docent, Episcoporum esse institutum à Deo seu Christo?

Saltem hoc sensu Collegium Cardinalium, dici potest à Christo institutum, quia institutum ad exemplum Christi, non quando designavit septuaginta duos Discipulos (siquidem illos non destinavit, ut sibi assisterent, sed ut præcessoribus ei præirent in omnem civitatem & locum, quo ipse erat venturus) sed quando elegit sibi duodecim Apostolos, qui ei assisterent, ut satis significat Eugenius suprà allegatus. Itemque imitatione veteris legis ( non præcepto, quod tanquam iudiciale amplius non obligat in lege nova ) Sixtus quintus, ut patet ex verbis Bullæ suprà allegatis, constituit septuagenarium numerum Cardinalium.

Quemadmodum ergo Leo Papa Ser. de Quadrag. bene dicit: *Magna divina institutione salubritate provisum est, ut ad reparandum mentis puritatem quadraginta nobis dierum exercitatio (s. junii) mederetur, est jejunium quadragesimale non sit à Deo institutum, sed ab Ecclesiâ imitationem jejunii Christi; ita quoque non dici posset, Collegium Cardinalium, nisi divinæ institutionis salubritate provisum esset, tamen non à Christo immediate, sed ab Ecclesiâ, ad exemplum seu imitationem Christi institutum sit.*

Quod ad præsens attinet, certum est, quod Omnes, ut suprà dixi, Cardinalatum non sunt Ordinem propriè dictum, seu Ordinem sacramentalem, distinctum ab aliis Ordinibus, quæ enim conferunt gratiam, neque imprimunt characterem, neque conferunt per modum Ordinis, id est, cum materia & forma sacramentali; potius conferuntur minores Ordines, & major, nec non Episcopatus, ut patet ex dicta Sectione sequenti, quæ erit de materia, & forma singularum Ordinum.